Ego verò in Tirynthe aſpera Iunonis vrbe
Multis miſera afficior doloribus cor
Eodẽ modo ſemper: neque à lacrymis vlla eſt quies,
Sed maritum exiguo tempore oculis conſpicio
Domi noſtræ. nam illi multorum paratum eſt opus
Laborum, quos terra marique oberrans
Suſtinet, ex ſaxo aut ferro animum habens
Rigidum in pectore. tu verò ſicut aqua liqueſcis
Per noctes lugens, & ex Ioue quotquot dies ſunt.
Alius autem nemo me exhilararit aſtans
Affinium. non enim illos ædium paries retinet,
Sed omnes procul vltra pinoſum Iſthmum
Habitant. neque vllus eſt ad quem reſpiciens,
Vt mulier afflicta, charum cor recreare poſſim,
Excepta Pyrrha ſorore: ea verò & ipſa
Propter virum ſuum Iphiclum multo dolore con-
ficitur,
Filium tuum: omnium enim ærumnoſiſſimos liberos
Te deo & viro mortali peperiſſe credo.

Ὣς ἄρ' ἔφη· τὰ δέ οἱ θαλερώτερα δάκρυα μήλων
Κόλπον ἐς ἱμερόεντα κατὰ βλεφάρων ἐχέοντο,
Μνησαμένῃ τέκνων τε καὶ ὧν μετέπειτα τοκήων.
Ὣς δ' αὔτως δακρύοισι παρήϊα λεύκ' ἐδίαινεν
Ἀλκμήνη. βαρὺ δ' ἥγε καὶ ἐκ θυμοῦ στενάχουσα,
Μύθοισιν πυκινοῖσι φίλην νυὸν ὧδε μετηύδα.
Δαιμονίη παίδων, τί νύ τοι φρεσὶν ἔμπεσε τοῦτο
Πευκαλίμῃς; πῶς ἄμμ' ἐθέλεις ὀροθυνέμεν ἄμφω
Κήδε' ἄλαστα λέγουσα; τὰ δ' οὐ νῦν πρῶτα κέκλαυται.
Οὐχ ἅλις οἷς ἐχόμεσθα τὸ δεύτατον αἰὲν ἐπ' ἦμαρ
Γιγνομένοις; μάλα μέν γε φιλοθρηνής κέ τις εἴη
Ὅστις ἀριθμήσειεν ἐφ' ἡμετέροις ἀχέεσσι.
Θάρσει· οὐ τοιῆσδ' ἐκυρήσαμεν ἐκ θεοῦ αἴσης.
Καὶ δ' αὐτὴν ὁρόω σε φίλον τέκος ἀτρύτοισιν
Ἄλγεσι μοχθίζουσαν· ἐπιγνώμων δέ τοι εἰμὶ
Ἀσχαλάαν, ὅτε δή γε καὶ εὐφροσύνης κόρος ἐστί.
Καί σε μάλ' ἐκπάγλως ὀλοφύρομαι ἠδ' ἐλεαίρω,
Οὕνεκεν ἡμετέροιο λυγροῦ μετὰ δαίμονος ἔσχες,
Ὅσθ' ἡμῖν ἐφύπερθε κάρης βαρὺς αἰωρεῖται.
Ἴστω γὰρ κούρη τε καὶ εὔεανος Δημήτηρ,
(Ἅς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ
Δυσμενέων) μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ᾗσι
Στέργειν ἢ εἴπερ μοι ὑπ' ἐκ νηδύοφιν ἦλθες,
Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα.
Οὐδ' αὐτήν γέ νυ πάμπαν ἔολπά σε τοῦτό γε λήθειν.
Τῷ μηδ' ἐξείπῃς τόγ' ἐμὸν θάλος ὥς σευ ἀκηδῶ,
Μηδ' εἰ κ' ἠϋκόμου Νιόβης πυκινώτερα κλαίω.

Οὐδὲν

Sic loquuta eſt: & teneriores lacrymæ malis
In pulchrum ipſius ſinum è palpebris fundebantur,
Recordanti liberorum & ſuorum deinde parentum.
Eodē .a.modo lacrymis albas genas rigabat
Alcmena: grauiter.a. hæc & ex [me] pectore ingemiſcens,
Verbis ſapientibus charam nurum ſic alloquuta eſt,
Filia prolibus infelix, quomodo hoc in mentem tibi venit
Triſtem? quomodo nos vis commouere ambas,
Intolerabiles curas commemorans? quas non nunc primùm defleuimus.
Annon ſufficiunt quibus afficimur ſemper in proximum quemque diem
Incidentibus? vt admodum lugendi cupidus ſit
Qui noſtra mala numerare velit.
Bono animo eſto: non tale fatum ex deo ſortitæ ſumus:
Nam te quoque video, chara filia, ingenti
Dolore confici: ignoſco verò tibi
Quòd doles: quoniam & lætitiæ ſatietas eſt.
Et te valdè vehementer deploro ac miſeror,
Quòd noſtræ triſtis fortunæ particeps facta es,
Quæ capitibus noſtris grauis incumbit.
Nam ſciat Proſerpina & decenter velata Ceres,
(Quas cum ſuo magno malo ſponte aliquis periurè iurauerit
Ex hoſtibus) quòd te non minus in animo meo
Charam habeo, quàm ſi mihi ex vtero egreſſa eſſes,
Et mihi vnica in domo virgo eſſes.
Neque te ipſam hoc omnino latere exiſtimo.
Quare ne dicas, meum germen, quòd te non curo:
Non, quanuis crebrius ploro quàm pulchrra Niobe.

Οὐδὲν γὰρ νεμεσητὸν ὑπὲρ τέκνου γοάασθαι
Μητέρι δυσπενθεῖ· ἐπεὶ δέκα μῆνας ἔκα-
μνον,
Πρίν περ καί τ' ἰδέειν μιν, ἐμῷ ὑπὸ ἥπατ' ἔχουσα·
Καί με πυλάρταο σχεδὸν ἤγαγεν Ἀϊδωνῆος·
Ὧδέ ἑ δυστοκέουσα κακὰς ὠδῖνας ἀνέτλαν.
Νῦν δέ μοι οἴχεται οἶος ἐπ' ἀλλοτρίης νέον ἆθλον
Ἐκτελέων· οὐδ' οἶδα δυσάμμορος εἴτε μιν αὖτις
Ἐνθάδε νοστήσαντ' ὑποδέξομαι, εἴτε καὶ οὐκί.
Πρὸς δ' ἔτι μ' ἐπτοίησε διὰ γλυκὺν αἰνὸς ὄνειρος
Ὕπνον· δειμαίνω δὲ παλίγκοτον ὄψιν ἰδοῦσα,
Ἐκπάγλως μή μοι τι τέκνοις ἀποθύμιον ἕρδοι.
Εἴσατο γάρ μοι ἔχειν μακέλην εὐεργέα χερσὶ
Παῖς ἐμὸς ἀμφοτέρῃσι βίη Ἡρακληείη·
Τῇ μεγάλην ἐλάχαινε (δεδεγμένος ὡς ἐπὶ
μισθῷ)
Τάφρον τηλεθάοντος ἐπ' ἐσχατιῇ τινὸς ἀγροῦ,
Γυμνὸς, ἄτερ χλαίνης τε καὶ εὐμίτροιο χιτῶνος.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ παντὸς ἀφίκετο πρὸς τέλος ἔργου,
Καρτερὸν οἰνοπέδοιο πονεύμενος ἕρκος ἀλωῆς,
Ἤτοι ὁ λίστρον ἔμελλεν ἐπὶ προὔχοντος ἐρείσας
Ἀνδύεσθαι καταδῦναι ἃ καὶ πάρος εἵματα ἕστο·
Ἐξαπίνης δ' ἀνέλαμψεν ὑπὲρ καπέτοιο βαθείης
Πῦρ ἄμοτον, περὶ δ' αὐτὸν ἀθέσφατος εἰλεῖτο
φλόξ.
Αὐτὰρ ὅγ' αἰὲν ὄπισθε θοοῖς ἀνεχάζετο ποσσὶν,
Ἐκφυγέειν μεμαὼς ὀλοὸν μένος Ἡφαίστοιο·
Αἰεὶ δὲ προπάροιθεν ἑοῦ χροὸς, ἠΰτε γέρρον,
Νώμασκεν μακέλην· περὶ δ' ὄμμασιν ἔνθα καὶ ἔνθα
Πάπταινεν μὴ δή μιν ἐπιφλέξῃ δήϊον πῦρ.
Τῷ μὲν ἀοσσῆσαι λελιημένος (ὥς μοι ἔικτο)
Ἰφικλέης μεγάθυμος, ἐπ' οὔδεϊ κάππεσ' ὀλισθὼν,

Πρίν γ'

Neque enim culpanda eſt ſi propter filium lugeat
Mater afflictum: quoniam decem menſium laborem ſuſtinui, [habebam.
Priuſquam ipſum aſpicerem, quem ſub hepate meo
Et me adduxit prope munitas habētē portas Plutonē
Sic ipſum difficulter enixa graues dolores pertuli.
Nunc verò abeſt peregrè, nouum certamen
Perficiens, neque infelix ſcio vtrum ipſum
Huc reducem receptura ſim nécne.
Præterea etiā ſomnium triſte terruit me per dulcem
Somnū: quare metuo, quum infeſtā viſionē viderim
Vehementer, nequid liberis iniucundum adferat.
Viſus eſt enim mihi, tenēs ligonē fabrefactū mani-
Ambabus filius meus Hercules: [bus
Quo magnam effodiebat, (tanquam ſuſcepiſſet [hoc opus pacta] mercede)
Foſſam in extremitate cuiuſdam florentis agri,
Nudus, abſque læna, & abſque cinctili tunica.
Sed poſtquam totius peruenerat ad finem operis,
Validum vitiferæ elaborans munimentum areæ:
Tunc ille defixo ligone in eminenti
Sulco induturus erat veſtes quibus antè indutus fue-
Subitò verò eluxit ſupra foſſam profundam [rat.
Ignis indefeſſus, & immēſa circa ipſum flamma vol-uebatur.
Verùm ille ſemper velocibus retrocedebat pedibus,
Effugere cupiens ſæuam vim Vulcani:
Semper verò ante ſuum corpus, velut ſcutum,
Quatiebat ligonem: oculiſque huc illuc
Circumſpiciebat, ne ipſum adureret infeſtus ignis.
Huic quidem opē ferre cupiens (vt mihi videbatur)
Iphiclus magnanimus in terram cecidit lapſus,

Πρίν γ' ἐλθεῖν· οὐδ' ὀρθὸς ἀναστῆναι δύνατ' αὖτις,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔκειτο, γέρων ὡσεί τ' ἀμβλωὸς,
Ὅν τε καὶ οὐκ ἐθέλοντα βιήσατο γῆρας ἀτερπὲς
Καππεσέειν· κεῖται δ' ὅγ' ἐπὶ χθονὸς ἔμπεδον αὐτοῦ,
Εἰσόκε τις χερός μιν ἀνειρύσῃ παριόντων,
Αἰδεσθεὶς ὄπιδα προτέρην πολιοῖο γενείου·
Ὣς ἐν γῇ λελίαστο σακέσπαλος Ἰφικλείης.
Αὐτὰρ ἐγὼ κλαίεσκον ἀμηχανέοντας ὁρῶσα
Παῖδας ἐμούς, μέχρι δή μοι ἀπέσσυτο νήδυμος ὕπνος
Ὀφθαλμῶν, ἠὼς δὲ παραυτίκα φαίδιμος ἦλθε.
Τοῖα φίλη μοι ὄνειρα διὰ φρένας ἐπτοίησαν
Παννυχίη· τὰ δὲ πάντα πρὸς Εὐρυσθῆα τρέποιτο,
Οἴκου ἀφ' ἡμετέροιο· γένοιτο δὲ μάντις ἐκεῖνος
Θυμὸς ἐμός, μηδ' ἄλλο παρεκτελέσειέ τι δαίμων.

ΕΙ'ΔΥ'ΛΛΙΟΝ έ.

ΤΑ'Ν ἅλα τὰν γλαυκὰν ὅταν ὥνεμος ἀτρέμα βάλλῃ,
Τὰν φρένα τὰν δειλὰν ἐρεθίζομαι, οὐδ' ἔτι Μοῖσα
Ἐντὶ φίλα, ποτάγει δὲ πολὺ πλέον ἄμμε γαλάνα·
Ἀλλ' ὅταν ἀχήσῃ πολιὸς βυθός, ἁ δὲ θάλασσα
Κυρτὸν ἐπαφρίζῃ, τὰ δὲ κύματα * μεμήνῃ,
Ἐς χθόνα παπταίνω καὶ δένδρεα, τὰν δ' ἅλα φεύγω·
Γᾶ δέ μοι ἁ πιστά, τάχα δ' εὔσκιος εὔαδεν ὕλα·
Ἔνθα καὶ ἢν πνεύσῃ πολὺς ὤνεμος, ἁ πίτυς ᾄδει.
Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς,
Καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ἁ πλάνος ἄγρα.
Αὐτὰρ ἐμοὶ γλυκὺς ὕπνος ὑπὸ πλατάνῳ βαθυφύλλῳ·
Καὶ παγᾶς φιλέοιμι τὸν ἐγγύθεν ἦχον ἀκούειν,
Ἃ τέρπει ψοφέοισα τὸν ἀγρικόν, οὐχὶ ταράσσει.

Priuſquam ad [ipſum] perueniret: neque rectus rurſum reſurgere potuit,
Sed immobiliter iacebat, ſicut imbecillus ſenex,
Quem etiam inuitum vi coegit iniucunda ſenecta
Concidere: iacet autem humi defixus ibi,
Donec quis manu attraxerit prætereuntium,
Reueritus aſpectum ſenilem canæ barbæ:
Ita in terra voluebatur bellicoſus Iphiclus.
At ego flebam ope deſtitutos videns
Filios meos: donec mihi excuſſus eſt dulcis ſomnus
Ex oculis, & aurora ſtatim illuſtris prodiit.
Talia mihi ſomnia mentem perterruerunt
De nocte: verùm omnia ad Euryſthea vertantur,
A domo noſtra: fiátque vates illi
Animus meus, nec quid aliud fortuna perficiat.

IDYLLIVM V.

QVVM ventus leniter mare glaucum ferit,
Timidus me ſolicitat animus, nec amplius Muſa
Grata eſt, ſed multo magis me rapit tranquillitas:
At quando reſonat canum pelagus, & vnda marina
Incuruata ſpumat, ac plurimi fluctus agitantur,
Ad terram oculos conuerto & arbores, mare autem fugio: [cet:
Terráq; mihi fida videtur, & ſtatim opaca ſylua pla-
In qua magno etiam ſpirante vento pinus canit.
Malam profectò piſcator vitam degit, cui domus eſt nauis,
Et labor in mari, & piſces, fallax venatio.
At mihi dulcis ſomnus ſub platano comata,
Et fontis amem vicinum murmur audire,
Qui oblectat ſtrepitu agreſtem, non exterret.

IDYL.

ΕἸΔΥΛΛΙΟΝ ϛʹ.

Ἤρα Πὰν Ἀχῶς τᾶς γείτονος, ἤρατο δ' Ἀχὼ
Σκιρτητᾶ Σατύρω, Σάτυρος δ' ἐπεμήνατο Λύδᾳ·
Ὡς Ἀχὼ τὸν Πᾶνα, τόσον Σάτυρος φλέγεν Ἀχῶ,
Καὶ Λύδα Σατυρίσκον· ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.
Ὅσον γὰρ τήνων τις ἐμίσεε τὸν φιλέοντα,
Τόσον ὁμῶς φιλέων ἠχθαίρετο, πάσχε δ' ἄποινα.
Ταῦτα λέγω πᾶσιν τὰ διδάγματα τοῖς ἀνεράστοις,
Στέργετε τὼς φιλέοντας, ἵν' ἢν φιλέητε, φιλῆσθε.

ΕἸΔΥΛΛΙΟΝ ζʹ.

Ἕσπερε, τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας,
Ἕσπερε, κυανέας ἱερὸν φίλε νυκτὸς ἄγαλμα,
Τόσον ἀφαυρότερον μήνας ὅσον ἔξοχος ἄστρων,
Χαῖρε φίλος· καί μοι ποτὶ ποιμένα κῶμον ἄγοντι
Ἀντὶ σελαναίας τὺ δίδου φάος· ὥνεκα τήνα
Σάμερον ἀρχομένα, τάχιον δύεν. οὐκ ἐπὶ φωρὰν
Ἔρχομαι, οὐδ' ἵνα νυκτὸς ὁδοιπορέοντ' ἐνοχλήσω·
Ἀλλ' ἐράω· καλὸν δέ τ' ἐρασαμένῳ συνερᾶσθαι.

ΕἸΔΥΛΛΙΟΝ ηʹ.

Ἀλφειὸς μετὰ Πίσαν ἐπὴν κατὰ πόντον ὁδεύῃ,
Ἔρχεται εἰς Ἀρέθουσαν ἄγων κοτινηφόρον ὕδωρ,
Ἕδνα φέρων καλὰ φύλλα καὶ ἄνθεα, καὶ κόνιν ἱεράν·
Καὶ βαθὺς ἐμβαίνει τοῖς κύμασι· τὴν δὲ θάλασσαν
Νέρθεν ὑποτροχάει, κοὐ μίγνυται ὕδασιν ὕδωρ·

Ἀ δ'

IDYLIVM VI.

PAN amabat Echo vicinã, Echo autẽ ardebat
Saltatorem Satyrum, Satyrus verò inſanè deperibat Lydam:
Quantũ Echo Pana, tantum & Satyrus Echo vrebat,
Et Satyrum Lyda: ſic amor per vices flagrabat.
Quantum enim ipſorum aliquis amantem oderat,
Tantũ & ipſe amans odioſus erat, & patiebatur vindictam.
Hæc ego documenta narro ab amore alienis,
Diligite amantes, vt, ſi ametis, redamemini.

IDYLLIVM VII.

Veſper, aurea lux amabilis Veneris,
Chare veſper cæruleæ noctis imago ſacra,
Tantum obſcurior luna, quantum præſtantior aſtris,
Salue dilecte: & mihi ad paſtorem comeſſatum eunti
Tu lumen præbeto vice lunæ: hæc enim
Incipiens hodie, citius occidit. Non ad furandum
Eo, nec vt iter noctu facientem inuadam:
Sed amo: decet autem amantem ſimul ab allis amari.

IDYLLIVM VIII.

Alpheus poſt Piſam vbi mare ingreſſus eſt,
Procedit in Arethuſam, aquam adducens oleaſtros vegetantem,
[Et] dona ferens pulchras frondes, floréſq;, & ſacrũ puluerem,
Et profundus vndas ingreditur: ſub mari autem
Inferius currit, nec aqua aquæ miſcetur.

Cæterùm

Ἃ δ' οὐκ οἶδε θάλασσαν διερχομένου ποταμοῖο.
Κεῖνος δεινοθέτας, κακομάχανος, αἰνὰ διδάσκων,
Καὶ ποταμὸν διὰ φίλτρον Ἔρως ἐδίδαξε κολυμβεῖν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Ἐπίγραμμα εἰς Ἔρωτα ἀροτριῶντα.

Λαμπάδα θεὶς καὶ τόξα, βοηλάτιν εἵλετο ῥάβδον
Οὖλος Ἔρως, πήρην δ' εἶχε κατωμαδίην·
Καὶ ζεύξας ταλαεργὸν ὑπὸ ζυγὸν αὐχένα ταύρων,
Ἔσπειρεν Δηοῦς αὔλακα πυροφόρον.
Εἶπε δ' ἄνω βλέψας αὐτῷ Διΐ, Πλῆσον ἀρούρας,
Μή σε τὸν Εὐρώπης βοῦν ὑπ' ἄροτρα βάλω.

BIO-

Cæterùm mare non ſentit tranſeuntem fluuium.

[Sic] puer ille grauiter afficiens, mala machinãs, ardua docens,

Cupido, amnem quoque propter amoris vim natare docuit.

EIVSDEM

Epigramma in Amorem arantem.

Face depoſita & arcu, boum agitatricẽ accepit virgã
Pernicioſus Amor: pendebat autem illi pera ab humeris:
Et quum iunxiſſet ſub iugo laborum patiens collum taurorum,
Seminauit Cereris ſulcum frugiferum.
Dixit autem, ſurſum aſpiciẽs, ipſi Ioui, Cõbure arua,
Ne te Europæ bouem aratro ſubiiciam.

BIO-

ΒΙΏΝΟΣ ΣΜΥΡΝΑΊΟΥ Εἰδύλλια.

ἘΠΙΤΆΦΙΟΣ ἈΔΏΝΙΔΟΣ, Εἰδύλλιον α.

Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Μηκέτι πορφυρέοις ἐνὶ φάρεσι Κύπρι κάθευδε·
Ἔγρεο δειλαία κυανόστολε, καὶ πλατάγησον
Στάθεα, καὶ λέγε πᾶσιν, Ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Κεῖται καλὸς Ἄδωνις ἐπ' ὤρεσι μηρὸν ὀδόντι
Λευκῷ λευκὸν ὀδόντι τυπεὶς, καὶ Κύπριν ἀνιῇ
Λεπτὸν ἀποψύχων· τὸ δέ οἱ μέλαν εἴβεται αἷμα
Χιονέας κατὰ σαρκός. ὑπ' ὀφρύσι δ' ὄμματα ναρκῇ,
Καὶ τὸ ῥόδον φεύγει τῶ χείλεος· ἀμφὶ δὲ τήνῳ
Θνάσκει καὶ τὸ φίλαμα τὸ μήποτε Κύπρις ἀφήσει.
Κύπριδι μὲν τὸ φίλαμα καὶ οὐ ζώοντος ἀρέσκει,
Ἀλλ' οὐκ εἶδεν Ἄδωνις ἅ μιν θνάσκοντ' ἐφίλασεν.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Ἄγριον ἄγριον ἕλκος ἔχει κατὰ μηρὸν Ἄδωνις,
Μεῖζον δ' ἁ Κυθέρεια φέρει ποτικάρδιον ἕλκος.
Κεῖνον μὲν περὶ παῖδα φίλοι κύνες ὠρύσαντο,
Καὶ νύμφαι κλαίουσιν Ὀρειάδες· ἁ δ' Ἀφροδίτα,
Λυσαμένα πλοκαμῖδας, ἀνὰ δρυμὼς ἀλάληται

Πενθαλέα,

BIONIS SMYRNAEI IDYLLIA.

EPITAPHIVM ADONIDIS.

Idyllium I.

LAmentor Adonidem: interiit pulcher Adonis.
Periit pulcher Adonis, adlamentantur Amores.
Ne amplius purpureis in veſtibus dormias Venus:
Surge miſera, pullata, & plange
Pectora: & dic omnibus, Periit pulcher Adonis.
Lamentor Adonidem, adlamentantur Amores.
Formoſus Adonis in montibus iacet, femur dente
Candidum candido dente percuſſus, & Venerem dolore afficit,
Tenuiter ſpirans: ater verò cruor manat
Niueam per carnē: ſub ſuperciliis autē oculi torpēt.
Et roſa [.i. roſeus color] labrorum fugit: vnáq; cū illo
Moritur & oſculum quod Venus nunquā relinquet.
Veneri quidem oſculum, etiam non amplius viuētis, gratum eſt,
Sed Adonis non ſenſit quòd ipſum morientem oſculata eſt.
Lamentor Adonidem, adlamentantur Amores.
Atrox atrox vulnus habet in femore Adonis,
Maius autem Venus habet in corde vulnus.
Circa illum puerum & chari canes vlularunt,
Et Nymphæ plorant Oreades: ipſáque Venus,
Solutis capillis, per ſaltus errat

Lugubris,

Πενθαλέα, νήπλεκτος, ἀσάνδαλος· αἱ δὲ βάτοι νιν
Ἐρχομέναν τείροντι, καὶ ἱερὸν αἷμα δρέπονται.
Ὀξὺ δὲ κωκύουσα, δι' ἄγκεα μακρὰ φορεῖται,
Ἀσσύριον βοόωσα πόσιν, καὶ παῖδα καλεῦσα.
Ἀμφὶ δέ μιν μέλαν αἷμα παρ' ὀμφαλὸν ᾐωρεῖτο,
Στάθεα δ' ἐκ μηρῶν φοινίσσετο· οἱ δ' ὑπομαζοὶ
Χιόνεοι τοπάροιθεν Ἀδώνιδι πορφύροντο.
Αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν, ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Ὤλεσε τὸν καλὸν ἄνδρα, συνώλεσεν ἱερὸν εἶδος.
Κύπριδι μὲν καλὸν εἶδος ὅτε ζώεσκεν Ἄδωνις,
Κάτθανε δ' ἁ μορφὰ σὺν Ἀδώνιδι. Κύπριδος αἲ αἴ.
Ὤρεα πάντα λέγοντι καὶ αἱ δρύες, Αἲ τὸν Ἄδωνιν·
Καὶ ποταμοὶ κλαίοντι τὰ πένθεα τᾶς Ἀφροδίτας,
Καὶ παγαὶ τὸν Ἄδωνιν ἐν ὤρεσι δακρύοντι,
Ἄνθεα δ' ἐξ ὀδύνας ἐρυθραίνεται· ἁ δὲ Κυθήρη
Πάντας ἀνὰ κναμοὺς καὶ ἀνὰ πτόλιν οἰκτρὸν ἀείδει.
Αἲ αἲ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Ἀχὼ δ' ἀντεβόασεν, Ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Κύπριδος αἰνὸν ἔρωτα τίς οὐκ ἔκλαυσεν ἄν; αἲ αἴ.
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐνόησεν Ἀδώνιδος ἄσχετον ἕλκος,
Ὡς ἴδε φοίνιον αἷμα μαραινομένῳ περὶ μηρῷ,
Πάχεας ἀμπετάσασα, κινύρετο, μεῖνον Ἄδωνι,
Δύσποτμε, μεῖνον Ἄδωνι, πανύστατον ὥς σε κιχείω,
Ὥς σε περιπτύξω, καὶ χείλεα χείλεσι μίξω.
Ἔγρεο τυτθὸν Ἄδωνι, τὸ δ' αὖ πύματόν με φίλασον·
Τοσοῦτόν με φίλασον ὅσον ζώει τὸ φίλαμα·
Ἄχρις ἀπὸ ψυχῆς ἐς ἐμὸν στόμα κεἰς ἐμὸν ἧπαρ
Πνεῦμα τεὸν ῥεύσῃ, τὸ δέ σευ γλυκὺ φίλτρον ἀμέλξω,
Ἐκ δὲ πίω τὸν ἔρωτα. φίλαμα δὲ τοῦτο φυλάξω
Ὡς αὐτὸν τὸν Ἄδωνιν· ἐπεὶ σύ με δύσμορε φεύγεις,
Φεύγεις μακρὸν Ἄδωνι, καὶ ἔρχεαι εἰς Ἀχέροντα,

Καὶ

Lugubris, incompta, nudis pedibus: & rubi ipſam
Incedentem infeſtāt, ac ſacrum ſanguinem carpunt.
Acuta .a. voce eiulans, per longas valles fertur,
Aſſyrium maritū clamore requirens & puerū vocās.
At circa ipſius vmbilicū ater ſanguis altè erūpebat,
Et à fœmore pectus cruentabatur: coſtarū autē loca
Niuea priùs Adonidi rubebant.
Ah ah Venus, adlamentantur Amores.
Amiſit pulchrū illū virū, vnáque ſacrā formā amiſit.
Nam dū vixit Adonis, Veneri præclara forma fuit,
Commortua cum Adonide eſt & forma Veneris, hei hei.
Montes omnes & quercus dicunt, Ah Adoni:
Et fluuii deflent luctus Veneris,
Et fontes Adonidem in montibus deplorant;
Flores autem præ dolore rubeſiunt: Venus verò
Per omnes colles & per vrbem flebiliter canit.
Ah ah Venus, periit pulcher Adonis.
Echo occinuit cū clamore, Periit pulcher Adonis.
Veneris dirum amorem quis non deploret? hei hei.
Vt vidit, vt cognouit Adonidis intolerabile vulnus,
Vt vidit purpureū ſanguinē in marceſcēte femore,
Brachia expandēs gemendo dicebat, Mane Adoni,
Miſer mane Adoni, vt te poſtremùm inueniam,
Vt te amplectar, & labra labris miſceam.
Expergiſcere pauliſper Adoni, iámq; poſtremò me
Tantillū me oſculare donec viuit oſculū: [oſculare:
Donec ab anima in meum os & in meum iecur
Spiritus tuus fluxerit, & tuum dulcē amorē exuxero,
Atque imbibero amorem, oſculum .a. hoc aſſeruabo,
Tanquā ipſum Adonidē quando tu me infelix fugis:
Fugis longè Adoni, & abis ad Acherontem,

Καὶ στυγνὸν βασιλῆα καὶ ἄγριον· ἁ δὲ τάλαινα
Ζώω καὶ θεὸς ἐμμὶ, καὶ οὐ δύναμαί σε διώκειν.
Λάμβανε Περσεφόνα τὸν ἐμὸν πόσιν. ἐσσὶ γὰρ αὐτὰ
Πολλὸν ἐμεῦ κρείσσων· τὸ δὲ πᾶν καλὸν ἐς σὲ καὶ
Ἄρη·
Εἰμὶ δ' ἐγὼ πανάποτμος, ἔχω δ' ἀκόρεστον ἀνίαν,
Καὶ κλαίω τὸν Ἄδωνιν, ὅ μοι θάνε, καὶ σε φοβεῦμαι.
Θνάσκεις ὦ τριπόθατε· πόθος δέ μοι ὡς ὄναρ
ἔπτη·
Χήρη δ' ἁ Κυθέρεια, κενοὶ δ' ἀνὰ δώματ' Ἔρωτες.
Σοὶ δ' ἅμα κεστὸς ὄλωλε. τί γὰρ τολμηρὲ κυ-
νάγεις;
Καλὸς ἐὼν τοσσοῦτον ἐμήνας θηρσὶ παλαίειν;
Ὧδ' ὀλοφύρατο Κύπρις· ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες,
Αἶ αἶ τὰν Κυθέρειαν, ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Δάκρυον ἁ Παφίη τόσον ἐκχέει, ὅσσον Ἄδωνις
Αἷμα χέει. τὰ δὲ πάντα ποτὶ χθονὶ γίγνεται
ἄνθη·
Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν.
Αἰάζω τὸν Ἄδωνιν· ἀπώλετο καλὸς Ἄδωνις.
Μηκέτ' ἐνὶ δρυμοῖσι τὸν ἀνέρα μύρεο Κύπρι·
Ἔστ' ἀγαθὰ στιβὰς, ἔστιν Ἀδώνιδι φυλλὰς ἑτοίμα.
Λέκτρον ἔχει Κυθέρεια τὸ σὸν τόδε νεκρὸς Ἄδωνις·
Καὶ νέκυς ὢν καλός ἐστι, καλὸς νέκυς οἷα κα-
θεύδων.
Κάτθεο καὶ μαλακοῖς ἐνὶ φάρεσιν οἷς ἐνίαυεν,
Τοῖς μετὰ σεῦ ἀνὰ νύκτα τὸν ἱερὸν ὕπνον ἐμόχθει,
Παγχρυσέῳ κλιντῆρι· ποθεῖ καὶ στυγνὸν Ἄ-
δωνιν.
Βάλλε δ' ἐνὶ στεφάνοισι καὶ ἄνθεσι· πάντα σὺν αὐτῷ,
Ὡς τῆνος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντ' ἐμα-
ράνθη.

Et triſtem regem & immitem: ego verò miſera
Viuo, & dea ſum, neque te perſequi poſſum.
Accipe Proſerpina virum meum. nam tu es
Longè me potentior: & quicquid pulchrum eſt, ad te deuoluitur.
Sũ.a. ego valdè infelix, & inexhauſto dolore cõficior,
Deplorans Adonidẽ, quòd extinctus eſt, téq; timeo.
Moreris ô deſideratiſſime: amor autem ſicut ſomniũ mihi auolauit.
At Venus vidua eſt, & Amores in domo inanes ſunt.
Tecum verò vnà ceſtus periit: quid enim temerariè venabaris?
Quũ adeo pulcher eſſes, cum feris congredi auſus es?
Sic lugebat Venus, Amores vnà lugebant.
Væ væ Veneri, interiit pulcher Adonis.
Lacrymarũ tantum Venus effundit, quantũ Adonis
Sanguinis fundit. Hæc verò omnia in terra conuertuntur in flores:
Sanguis roſam gignit, ſed lacrymæ anemonen.
Lamentor Adonidem, interiit pulcher Adonis.
Ne in ſyluis amplius virum deplora ô Venus.
Eſt rectè inſtructus tor⁹, eſt Adonidi torus paratus.
Tuum ô Venus hunc lectulũ tenet mortuus Adonis:
Et, licet mortuus, tamen pulcher eſt: pulcher mortuus, quaſi dormiens.
Depone[eũ] & in mollibus veſtibus in quib⁹ cubabat,
In quibus tecum per noctẽ ſacrum ſomnũ capiebat,
aurea culcitra: require Adonin, etiamſi triſti ſit aſpectu,
Depone[eum] inter coronas & flores: omnes cũ eo,
poſtquam ille mortuus eſt, omnes [inquam] flores etiam contabuerunt.

Ῥαῖνε δέ μιν μύροισιν, ἀλείφασι, ῥαῖνε μύροισι·
Ὀλλύσθω μύρα πάντα, τὸ σὸν μύρον ὤλετ' Ἄδωνις.
Κέκλιται ἁβρὸς Ἄδωνις ἐν εἵμασι πορφυρέοισιν·
Ἀμφὶ δέ μιν κλαίοντες ἀναστενάχουσιν Ἔρωτες,
Κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι· χὡ μὲν ὀϊστώς,
Ὃς δ' ἐπὶ τόξον ἔβαιν'· ὃς δ' εὔπτερον ἆγε φαρέτρην.
Χὡ μὲν ἔλυσε πέδιλον Ἀδώνιδος· ὃς δὲ λέβησι
Χρυσείοις φορέησιν ὕδωρ, ὁ δὲ μηρία λούει·
Ὃς δ' ὄπιθεν πτερύγεσσιν ἀναψύχει τὸν Ἄδωνιν.
Αὐτὰν τὰν Κυθέρειαν ἐπαιάζουσιν Ἔρωτες.
Ἔσβεσε λαμπάδα πᾶσαν ἐπὶ φλιαῖς Ὑμέναιος,
Καὶ στέφος ἐξεπέτασσε γαμήλιον. οὐκέτι δ' ὑμὰν,
Ὑμὰν οὐκέτ' ἀειδόμενον μέλος ᾄδεται, αἲ αἴ.
Αἲ αἲ καὶ τὸν Ἄδωνιν ἔτι πλέον, ἢ Ὑμέναιον.
Αἱ Χάριτες κλαίοντι τὸν υἱέα τῶ Κινύραο·
Ὤλετο καλὸς Ἄδωνις, ἐν ἀλλήλῃσι λέγοισαι·
Αὐταὶ δ' ὀξὺ λέγοντι πολὺ πλέον ἢ τὺ Διώνα.
Καὶ Μοῖραι τὸν Ἄδωνιν ἀνακλαίοισιν Ἄδωνιν,
Καί μιν ἐπαείδουσιν. ὁ δὲ σφίσιν οὐκ ἐπακούει·
Οὐ μὰν οὐκ ἐθέλει, κώρα δέ μιν οὐκ ἀπολύει.
Λῆγε γόων Κυθέρεια, τὸ σήμερον ἴσχεο κόμμων·
Δεῖ σε πάλιν κλαῦσαι, πάλιν εἰς ἔτος ἄλλο δακρῦσαι.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ β'.

Ἰξευτὰς ἔτι κῶρος, ἐν ἄλσεϊ δενδράεντι
Ὄρνεα θηρεύων, τὸν ἀπότροπον εἶδεν Ἔρωτα
Ἐσδόμενον πύξοιο ποτὶ κλάδον· ὡς δ' ἐνόασε,
Χαίρων οὕνεκα δὴ μέγα φαίνετο ὄρνεον αὐτῷ,

Riga autem ipſum myrtis [variis]olei generibus,riga vnguentis:
Pereāt vnguēta omnia :tuū vnguentū periit Adonis.
Recubat tener Adonis purpureis in veſtibus:
Circa eum autē plorantes gemunt Amores,
Tōſi capillos propter Adonidē:&hic quidē ſagittas,
Ille verò arcū calcat : alius volucrē frāgit pharetrā,
Alius calceamentum Adonidis ſoluit:alius lebetibus
Aureis fert aquam, alius femora lauat:
Alius retrò alis refrigerat Adonidem.
Ipſam Cythéream adlamentantur Amores.
Extinxit totam facem in limine Hymenæus,
Et coronā nuptialē expandit : non amplius Hymen;
Hymē non amplius cātilena eſt:[ſed]cātatur Ah ah.
Ah ah propter Adonidem adhuc magis,ah propter Hymenæum.
Charites deplorant filium Cinyræ:
Periit pulcher Adonis,inter ſe dicentes,
Et id voce acutiore dicunt quàm tu Dione.
Et Parcæ Adonidem deplorant Adonidem,
Et ipſum cantu reuocant. at ille non exaudit:
Non ſanè,neq; vult,Proſerpina ipſum non dimittit.
Finem facito Cytherea lugendi, & hodie abſtine à conuiuiis.
Iam te rurſum lugere oportet, atque in alium annū lacrymari.

IDYLLIVM II.

...ceps [qui erat adhuc adoleſcens,in nemore arboribus denſo,
...m venatur aues, fugitiuum vidit Amorem,
...i ramo inſidentem: vt igitur animaduertit,
...udens (quoniam auis ei permagna videbatur)

Τὼς καλάμως ἅμα πάντας ἐπ' ἀλλάλοισι συνάπτων,
Τᾷ καὶ τᾷ τὸν Ἔρωτα μετάλμενον ἀμφεδόκευεν.
Χὠ παῖς ἀσχαλάων ἕνεχ' οἱ τέλος οὐδὲν ἀ-
παντῆ,
Τὼς καλάμως ῥίψας ποτ' ἀροτρέα πρέσβυν ἵκανεν,
Ὅς νιν τάνδε τέχναν ἐδιδάξατο· καὶ λέγεν αὐτῷ,
Καί οἱ δεῖξεν Ἔρωτα καθήμενον. αὐτὰρ ὁ πρέσβυς
Μειδιάων κίνησε κάρη, καὶ ἀμείβετο παῖδα.
Φείδεο τᾶς θήρας, μηδ' ἐς τόδε τὤρνεον ἔρχευ.
Φεῦγε μακράν· κακόν ἐντι τὸ θηρίον. ὄλβιος ἔσσῃ
Εἰσόκα μή μιν ἕλῃς· ἢν δ' ἀνέρος ἐς μέτρον ἔλθῃς,
Οὗτος ὁ νῦν φεύγων καὶ ἀπάλμενος, αὐτὸς ἀφ' αὑτῶ
Ἐλθὼν ἐξαπίνας, κεφαλὰν ἔπι σεῖο καθιξεῖ.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ γ'.

Ἁ μεγάλα μοι Κύπρις ἔθ' ὑπνώοντι παρέστα,
Νηπίαχον τὸν Ἔρωτα καλᾶς ἐκ χειρὸς ἄγοισα,
Ἐς χθόνα νευστάζοντα· τόσον δέ μοι ἔφρασε μῦθον,
Μέλπειν μοι φίλε βοῦτα λαβὼν τὸν Ἔρωτα
δίδασκε.
Ὣς λέγε. χ' ἃ μὲν ἀπῆλθεν· ἐγὼ δ' ὅσα βουκο-
λίασδον,
Νήπιος, ὡς ἐθέλοντα μαθεῖν τὸν Ἔρωτα δίδασκον,
Ὡς εὗρε πλαγίαυλον ὁ Πάν, ὡς αὐλὸν Ἀθάνα,
Ὡς χέλυν Ἑρμάων, κίθαριν δ' ὡς ἁδὺς Ἀπόλλων.
Ταῦτά νιν ἐξεδίδασκον· ὁ δ' οὐκ ἐμπάζετο μύθων,
Ἀλλά μοι αὐτὸς ἄειδεν ἐρωτύλα, καί μ' ἐδίδασκε
Θνατῶν ἀθανάτων τε πόθους, καὶ ματέρος
ἔργα.
Κἠγὼν ἐκλαθόμαν μὲν ὅσων τὸν Ἔρωτα δίδασκον,
Ὅσσα δ' Ἔρως μ' ἐδίδασκεν ἐρωτύλα, πάντ'
ἐδιδάχθην.

Calamos ſimul omnes inter ſe coniungens,
Huc illuc tranſilientem obſeruabat Amorem.
Tandem verò adoleſcens indignatus, quia nihil proficiebat,
Abiectis arundinibus ſenem adiit aratorem,
A quo hanc artem didicerat, eíque rem narrauit,
Et ſedentem oſtendit Amorem. Porro ſenex
Subridens mouit caput, & reſpondit puero,
Abſtine à venatione, nec iſtam auem inſequitor.
Fuge procul: mala eſt hæc beſtia: eris beatus
Dum non ceperis ipſam: ſed ſi viri menſurã attigeris,
Ille qui nunc fugit & reſilit, ipſe ſua ſponte
Accedens ſubitò capiti tuo inſidebit.

IDYLLIVM III.

Magna mihi Venus adhuc dormienti adſtitit,
Infantem Amorem pulchra manu ducens,
In terram nutantem: atque his me verbis affata eſt,
Cantare mihi chare bubulce ſumptum Cupidinem doceto.
Sic loquuta abiit: ego autem quæcunque paſtoralia carmina canere ſolebam,
Stultus, tanquã diſcere volentem Cupidinẽ docebã,
Quomodo tibiã obliquã Pã inuenerit, Minerua tibiã,
Teſtudinem Mercurius, & citharam dulcis Apollo.
Hæc ipſum edocebã: at ille nihil curabat mea verba,
Sed ipſe mihi canebat amatoria: méque docebat
Mortalium & immortalium amores, & genitricis [ſuæ] opera.
Tum ego oblitus ſum illorũ quæ Cupidinẽ docebã,
At quæcũque me docebat Cupido amatoria, cuncta didici.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ δ΄.

ΤΑῚ Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα τὸν ἄγριον ἢ φοβέονται,
Ἢ 'κ θυμῶ φιλέοντι, καὶ ἐκ ποδὸς αὐτῷ ἕπονται.
Κ' ἢν μὲν ἄρα ψυχάν τις ἔχων ἀνέραστον ὀπηδῇ,
Τῆνον ὑπεκφεύγοντι, καὶ οὐκ ἐθέλοντι διδάσκειν·
Ἢν δὲ νόον τις Ἔρωτι δονεύμενος ἁδὺ με-
λίσδῃ,
Ἐς τῆνον μάλα πᾶσαι ἐπειγόμεναι προρέοντι.
Μάρτυς ἐγὼν ὅτι μῦθος ὅδ' ἔπλετο πᾶσιν ἀληθής.
Ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθανάτων τινὰ
μέλπω,
Καμβαίνει μοι γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει·
Ἢν δ' αὖτ' ἐς τὸν Ἔρωτα καὶ ἐς Λυκίδαν τι μελίσδω,
Καὶ τόκα μοι χαίροισα διὰ στόματος ῥέει ᾠδά.

ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ ε΄.

ΕἸ μοι καλὰ πέλει τὰ μελύδρια, καὶ τάδε μοῦνα
Κῦδος ἐμοὶ θήσοντι, τά μοι πάρος ὤπασε Μοῖρα·
Εἰ δ' οὐχ ἁδέα ταῦτα, τί μοι πολὺ πλήονα μοχθεῖν;
Εἰ μὲν γὰρ βιότω διπλόον χρόνον ἀμὶν ἔδωκεν
Ἢ Κρονίδας, ἢ Μοῖρα πολύτροπος, ὥστ' ἀνύεσθαι
Τὸν μὲν ἐς εὐφροσύναν καὶ χάρματα, τὸν δ' ἐνὶ μόχθῳ,
Ἦν τάχα μοχθήσαντι ποθ' ὕστερον ἐσθλὰ δέχεσθαι·
Εἰ δὲ θεοὶ κατένευσαν ἕνα χρόνον ἐς βίον
ἐλθεῖν
Ἀνθρώποις, καὶ τόνδε βραχὺν καὶ μείονα πάντων,
Ἐς πόσον ἆ δειλοὶ καμάτως κ' εἰς ἔργα πονεῦμες;
Ψυχὰν δ' ἄχρι τίνος ποτὶ κέρδεα καὶ ποτὶ τέχνας
Βάλλομες, ἱμείροντες ἀεὶ πολὺ πλήονος ὄλβω;
Λαθόμεθ' ἢ ἄρα πάντες ὅτι θνατοὶ γενόμεσθα,
Χ' ὡς βραχὺν ἐκ Μοίρας λαχόμεν χρόνον.

ΤΟΥ

IDYLLIVM IIII.

Muſæ Amorem non metuunt crudelem,
Quin amant ex animo,& veſtigia ſequuntur eius.
Ac ſiquis ingenio præditus inamabili [eas]ſequatur,
Illum refugiunt,& docere nolunt:
At ſi mentem Amore agitatam habens, ſuauiter cecinerit,
Ad ipſum ſimul omnes feſtinæ confluunt.
Quòd autem hic ſermo planè verus ſit,ego teſtis ſũ.
Nam ſi hominem quempiam alium aut immortalem carmine celebro,
Ceſſat mea lingua,nec vt antè ſolebat,canit:
Rurſum quũ in Amorẽ vel in Lycidã aliquid modu-
Tunc mihi lætum ore carmen profluit. [lor,

IDYLLIVM V.

SI pulchra mea ſunt carmina,vel illa ſola
Gloriã mihi afferẽt quæ iã antea mihi præbuit Parca:
Sin illa non probãtur,quid eſt quòd amplius laborẽ?
Nam ſi nobis viuendi duo tempora dediſſet
Siue Iupiter,ſiue Parca verſuta,ita vt ageretur
Alterum cum lætitia & gaudio,alterum in labore,
Liceret poſt labores aliquando bonis frui:
At ſi dii vnum duntaxat tempus annuerunt ad vitam [tranſigendam] venire
Hominibus,idque breue & minus omnibus,
Quàm diu vah miſeri in labores & opera nos fatiga-
Et quouſque animum ad lucra & artes [mus?
Applicam⁹, ſemper deſiderãdo multo maiores opes?
Omnes ſanè obliti ſumus,mortales nos eſſe natos,
Et quòd breue tempus à Parca ſortiti ſumus.

Κλεόδαμος καὶ Μύρσων.

Εἴαρος, ὦ Μύρσων, ἢ χείματος, ἢ φθινοπώρου,
Ἢ θέρεος, τί τοι ἀδύ; τί δὲ πλέον εὔχεαι ἐλθεῖν;
Ἢ θέρος, ἀνίκα πάντα τελείεται ὅσσα μογεῦμες;
Ἢ γλυκερὸν φθινόπωρον, ὅτ' ἀνδράσι λιμὸς ἐλαφρά;
Ἢ καὶ χεῖμα δύσεργον; ἐπεὶ καὶ χείματι πολλοὶ
Θαλπόμενοι θέλγονται ἀεργίῃ τε καὶ ὄκνῳ;
Ἤ τοι καλὸν ἔαρ πλέον εὔαδεν; εἰπὲ τί τοι φρὴν
Αἱρεῖται. λαλέειν γὰρ ἐπέτραπεν ἁ σχολὰ ἡμῖν.
μυ. Κρίνειν οὐκ ἐπέοικε θεήια ἔργα βροτοῖσι.
Πάντα γὰρ ἱερὰ ταῦτα καὶ ἁδέα· σεῦ δὲ ἕκατι
Ἐξερέω Κλεόδαμε, τό μοι πέλεν ἅδιον ἄλλων.
Οὐκ ἐθέλω θέρος ἦμεν, ἐπεὶ τόκα μ' ἅλιος ὀπτῇ·
Οὐκ ἐθέλω φθινόπωρον, ἐπεὶ νόσον ἄρια τίκτει·
Οὖλον χεῖμα φέρειν, νιφετὸν κρυμούς τε, φοβεῦμαι.
Εἶαρ ἐμοὶ τριπόθατον ὅλῳ λυκάβαντι παρείη,
Ἁνίκα μήτε κρύος, μήθ' ἅλιος ἄμμι βαρύνει.
Εἴαρι πάντα κύει, πάντ' εἴαρος ἁδέα βλαστεῖ,
Χ' ἀ νὺξ ἀνθρώποισιν ἴσα, καὶ ὁμοίιος ἀώς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

εἰς Ὑάκινθον.

Ἀμφασία δὲ Βίων ἕλε τοσσῆνδ' ἄλγος ἔχοντα.
Δίζετο φάρμακα πάντα, σοφὰν δ' ἐπεμαίετο τέχναν·
Χρῖεν δ' ἀμβροσίῃ καὶ νέκταρι, χρῖεν ἅπασαν
Ὠτειλάν. Μοίραισι δ' ἀναλθέα φάρμακα πάντα.

Cleodamus & Myrſon.

Vere ô Myrſon, aut hyeme, aut autumno,
Aut æſtate, quid tibi iucundum? & quódnã [ex his] magis optas aduenire?
Num æſtatem, quum omnia abſoluta ſunt quæcunque laboramus?
An dulcẽ autumnũ, quum hominibus fames leuis eſt?
An verò hyemem ad opera pigram? quoniã & hyeme multi,
Dum ſe calefaciunt, oble&antur otio & pigritia?
An .v. tibi pulchrum ver magis placet? dic quid tibi
Eligit. loqui enim permittit otiũ nobis. [animus
M. Iudicare non decet mortales diuina opera.
Omnia enim hæc ſacra ſunt, & iucũda: tui autẽ gratia
Dicam, Cleodame, quódnam præ aliis gratum ſit.
Non volo æſtatem eſſe, quoniam tunc me ſol torret:
Nec volo autumnum, quoniam morbos fructus autumnales pariunt:
Perniciosãm hyemẽ ſufferre, niues pruináſq;, timeo.
Ver mihi ter exoptatum toto anno adſit,
Quum neque frigus, neque ſol nos grauat.
Vere omnia fœcũda ſunt, omnia vere ſuauia germi-
Et nox hominibus par, & par dies. [nant

EIVSDEM IN HYACINthum, fragmentum.

Conſilii inopia Bionem occupauit tantum dolorem ſuſtinentem.
Quærebat remedia omnia, & ſapientẽ obibat artem:
Vngebat etiam ambroſia & nectare, vngebat totum
Vulnus: ſed Parcis omnia remedia vana ſunt.

EIVS-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται.
Ὄλβιος ἦν Θασεὺς τῶ Πειριθόω παρεόντος,
Εἰ καὶ ἀμειλίκτοιο κατήλυθεν εἰς Ἀΐδαο.
Ὄλβιος ἦν χαλεποῖσιν ἐν ἀξείνοισιν Ὀρέστης
Οὕνεκά οἱ ξυνὰς Πυλάδας ἄρητο κελεύθους.
Ἦν μάκαρ Αἰακίδας ἑτάρω ζώοντος Ἀχιλλεύς,
Ὄλβιος ἦν θνάσκων ὅτι οἱ μόρον αἰνὸν ἄμυνεν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐ καλὸν, ὦ φίλε, πάντα λόγον ποτὶ τέκτονα φοιτῆν,
Μηδέ τι πάντ' ἄλλου χρέος ἰσχέμεν· ἀλλὰ καὶ αὐτὸς
Τεχνᾶσθαι σύριγγα. πέλει δέ τοι εὐμαρὲς ἔργον.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μοίσας Ἔρως καλέοι, Μοῖσαι τὸν Ἔρωτα φέροιεν.
Μολπὰν ταὶ Μοῖσαι μοὶ ἀεὶ ποθέοντι διδοῖεν,
Τὰν γλυκερὰν μολπὰν, τᾶς φάρμακον ἅδιον οὐδέν.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ θαμινῆς ῥαθάμιγγος, ὅκως λόγος, αἰὲν ἰοίσας,
Χἁ λίθος ἐς ῥωχμὸν κοιλαίνεται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Αὐτὰρ ἐγὼν βασεῦ καὶ ἐμὰν ὁδὸν, ἐς τὸ κάταντες
Τήνω, ποτὶ ψάμαθόν τε καὶ ἠιόνα ψιθυρίσδω,

Λισσό-

EIVSDEM.

Beati qui amant,quum æqualiter redamantur.
Beatus erat Theſeus quum Pirithous adeſſet,
Etiamſi implacabilis deſcēderit in Plutonis [domū]
Beatus erat inter rigidos Axenos Oreſtes,
Quoniam communes cum eo Pylades ſuſceperat profectiones.
Erat felix AEacides ſocio viuente Achilles:
Beatus erat moriens, quoniam ab eo mortem horrēdam propulſauit.

EIVSDEM.

Non pulchrum [eſt] ô amice, omni de cauſa ad fabrum ventitare,
Neque in omnibus alio indigere: ſed & ipſe
Fabrica fiſtulam. eſt autem tibi facile opus.

EIVSDEM.

Muſas Amor vocet, Muſæ Amorem ferant:
Cantum Muſæ mihi ſemper cupienti donent,
Dulcem cantum, quo medicamentū iucundius nullū.

EIVSDEM.

Ex crebra gutta, vt prouerbiū[eſt]ſemper eunte.
Etiam lapis in foramen cauatur.

EIVSDEM.

At ego bene procedens meúmque iter, in loco decliui
Iſto, apud arenam & littus ſuſurro,

Duram

Λιπόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα· τὰς δὲ γλυκείας
Ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπὴν καὶ Φοῖβος ἀείδειν
Μισθὸν ἔδωκε. τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ'
ἀλκά.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂, ἘΠΙΘΑΛΆΜΙΟΣ ἈΧΙΛΛΈΩΣ καὶ Δηϊδαμείας.

Μύρσων, Λυκίδας.

Λῆς νύ τι μοὶ Λυκίδα Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαίνειν,
Ἱμερόεν, γλυκύθυμον, ἐρωτικὸν, οἷον ὁ Κύκλωψ
Ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠιόνι Γαλατείᾳ;
λ. Κἠμοὶ συρίσδεν Μύρσων φίλον. ἀλλὰ τί μέλψω;
μ. Σκύριον Λυκίδα ζαλῶν μέλος, ἁδὺν ἔρωτα,
Λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.
Πῶς παῖς ἕσσατο φάρος, ὅκως δὲ ἐψεύσατο μορφάν,
Χ' ὤπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα.
Ἀηδώνη τ' ἀπαστὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. *
λ. Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βουκόλος· ἆγε δ' ἐς
Ἴδαν,
Οἰνώνῃ κακὸν ἄλγος. ἐχώσατο ἁ Λακεδαίμων
Πάντα δὲ λαὸν ἄγειρεν Ἀχαϊκόν. οὐδέ τις Ἑλλάν,
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἤλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἑὸν κατὰ δῶμα, φέρων δυστὶν· αἰαὶ ἄρηα, *

Λάθεν

Duram obſecrans Galateam: dulcem verò
Spem ad extremam vſque ſenectutē non relinquam.

EIVSDEM.

Nec ſinas me ſine præmio: nā & Apollo pro cantu
Mercedem dedit. honor verò res meliores facit.

EIVSDEM.

Forma mulieribus eſt res decora: viris autem,
fortitudo.

Λάνθανε δ' ἐν κώραις Λυκομηδίσι μοῦνος Ἀχιλλεύς·
Εἴρια δ' ἀνθ' ὅπλων ἐδιδάσκετο, καὶ χερὶ λευκᾷ
Παρθενικὸν κόρον εἶχεν· ἐφαίνετο δ' ἠύτε κώρα.
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, καὶ τόσον ἄνθος
Χιονέαις πόρφυρε παρειῆς· καὶ τὸ βάδισμα
Παρθενικῆς ἐβάδιζε, κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρῃ·
Θυμὸν δ' Ἄρεος εἶχε, καὶ ἄρεος εἶχεν ἔρωτα,
Ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηϊδαμείᾳ·
Καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
Στέμ' αἰεὶ καλὸν ἄειρε, τά δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει. *
Ἤσθιε δ' οὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι· πάντα δ' ἐποίει
Σπεύδων κοινὸν ἐς ὕπνον. ἔλεξέ νυ καὶ λόγον αὐτᾷ,
Ἄλλαι μὲν κνώσσοισι σὺν ἀλλήλαισιν ἀδελφαί·
Αὐτὰρ ἐγὼ μούνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.
Αἱ δ' ὑπὸ παρθενικαὶ συνομάλικες αἱ δύο καλαί.
Ἀλλὰ μόναι καὶ λέκτρα καθεύδομες. ἁ δὲ πονηρὰ
Νύσσα γὰρ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.
Οὐ γὰρ ἐγὼ σέο * * *

Bioni à quibuſdam tribuitur & illud paruum Idyllium cuius primus eſt uerſus Ἕσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας, *quod inter Moſchi Idyllia præceſſit.*

MOSCHI ET BIONIS IDYLLIA,

Latinis verſibus à diuerſis reddita.

MOSCHI IDYL. I,

AMOR FVGITIVVS.

Angelo Politiano interprete.

QVVM Venus intento natum clamore vocaret;
Si quiſquam in triuiis errantem vidit Amorem,
Hic fugitiuus, ait, meus eſt. pretium feret index
Baſiolum Veneris: quòd ſi ad me duxeris illum,
Non ſimplex dabo baſiolum, plus hoſpes habebis.
Inſignis puer eſt: totam hac cognoſce figuram:
Corpore non niueus, verùm ignem imitatur. ocelli
Acres, flammeoli: mala mens, ſuauiſſima verba.
Quod loquitur non ſentit idem. vox mellea, ſed quũ
Ira inflammatur, tum mens illi effera, fallax:
Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.
Criſpulus eſt illi vertex, faciéſque proterua,
Exiguæque manus, procul autem ſpicula torquet:
Torquet in vmbriferúmque Acheronta, & regna ſilentum.
Membra quidem nudus, mentem velatus: auíſque
More citans pennas, nunc hos, nunc aduolat illos,

Sæpe viri preſſans præcordia, ſæpe puellæ.
Arcum habet exiguũ, ſuper arcu impoſta ſagitta eſt.
Parua ſagitta quidem, ſed cœlum fertur aduſque:
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo:
Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoque ſæpe ferit matrem; ſunt omnia ſæua,
Omnia, ſéque ipſum multo quoque ſæuius angit.
Paruula fax olli, ſed & ipſum Hyperiona vincit.
Verbere, ſi prendes, age, ne miſerare puellum:
Si flentem aſpicias, ne mox fallare caueto:
Sin arridebit, magis attrahe: & oſcula ſi fors
Ferre volet, fugito: ſunt oſcula noxia, in ipſis
Súntque venena labris. ſi fors ita dixerit, Heus tu
Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma,
Nequicquam attigeris fallacia munera Amoris.
Omnia namque igni ſunt infecta illius arma.

IDEM IDYLLIVM,

Interpr. Laurentio Gambara.

ALMA Venus natum Paphiis amiſerat oris,
Et voce ingenti clamabat, Siquis Amorem
Errantem in triuiis conſpexerit, ilicet ipſam
Me moneat matrem: puer eſt meus ille, domo qui
E noſtra furtim aufugit: túque ipſe repertor
Amiſſi nuper nati, mercede tua pro
Oſcula mille feres: ſed ſi tu in tecta reduces
Errantem puerum, tu baſia non mea tantùm
Accipies, ſed plus tu nati ductor habebis.
Tu verò puerum indiciis his omnibus ipſum
Cognoſces. olli niueus non eſt color, igni
At ſimilis: fulgent veluti ſua lumina flammæ,
Et longè claréque vident. ſuauíſque loquela

Eſt illi, at prauum ingenium, moréſque ferini.
Quod loquitur, non ſentit idem, vox ipſáque mel eſt:
Innectit ludens fraudes, & vera fateri
Non ſolet. huic facies nullo eſt perfuſa pudore:
Sed ſi bile tumet, puer implacabilis ille eſt.
Obnubit nullo flauos velamine crines
Intortos: paruas habeat licet impiger ambas
Ille manus, tamen intorquet tela aurea longè:
Eiacit ad Phlegethonta ſuas regémque ſagittas
Tartareum. nullo corpus tegit acer amictu,
Sed mentem tegit: atque alas habet ille, volátque
Quantum ales ſolet ætherio dilecta tonanti.
Nunc & ad hos celer ille viros, nunc aduolat illos:
Fœmineo ſæuus generi nec parcit, & imis
Viſceribus ſedet exultans. eſt paruulus arcus,
Paruáque tela ſuper, quibus ardua ſydera cœli
Attingit, ſuperûmque domos, regémque deorum.
Aureáque ex humeris dependet parua pharetra,
Spicula qua permiſta tegit ſucco intus amaro:
His matrem petit ille ferox me ſæpe ſagittis.
Omnia amara gerit ſecum, atque aſperſa veneno.
Quámque minor fax ſit puero, quàm lucida ſoli
Lampas, at ille tamen ſolem crudeliter vrit.
Hunc tu ſi inuentum capies, vincla iniice capto
Confeſtim, nec tu pueri miſerere precantis:
Si verò lacrymis aſperſerit ora profuſis,
Ipſe caue te decipiat: ſi arriſerit vltrò
Ille tibi, faciem auerte, & trahe compede vinctum:
Si dare fortè tibi volet oſcula, tu fuge longè.
Oſcula nam mala ſunt, & ſunt labra ipſa venenum.
Hæc cape, quæ mea ſunt (ſi forſan dixerit) arma,
Quæ dono nunc ſponte tibi: non munera tanges
Illius. namque hæc ſunt tot fallacia dona,
Et latet his ignis, ſunt & ſparſa omnia flammis.

MOSCHI IDYL. II,

EVROPA,

Laurentio Gambara interprete.

PER noctem Europæ Venus alma inſomnia miſit,
Quum non diſtaret longè Tithonia coniunx,
Et pars vrgeret tenebroſæ tertia noctis,
Somnia quum vera eſſe ſolent mortalibus ægris:
Huic dulcis tunc melle ſopor magis, humida molli
Lumina deuinxit nodo, geminiſque reſedit
Palpebris, ſoluens languentia lumina ſomno.
Tunc illa in ſomnis, latis arma impia campis
Inter ſe geminas regiones ferre videbat,
Fœminea inſignes forma. Quarum altera dixit
Europæ, O virgo, genui te, atque vbera noſtra
Suxiſti primùm, atque alui pubentibus annis.
Altera vim manibus illi iniiciebat, & illam
Inuitam trahere in ditiſſima regna volebat,
Europam memorans (ſic fata immota manebant)
Fama olim illuſtrem fore, perpetuúmque daturam
Et genti noménque loco. tunc oſſa tremore
Sunt ſubitò concuſſa nouo: & ſic mœſta reſedit,
Non ducens ſomnos, ſtratis: puróque videbat
Lumine adhuc geminas ſtantes in limine formas.
In talem hanc ſomno erumpit perterrita vocem,
Quis deus his mentem tranquilláque pectora binis
Vexat imaginibus, dum ſtratis nocte quieſco?
Quæ verò eſt hoſpes, quæ me nunc fronte recepit
Tam læta, & geminis eſt me complexa lacertis,
Non ſecus ac concepta forem ſi illius in aluo?

Hæc deus omnipotens inſomnia noſtra ſecundet.
Hæc dicens, ſubitò ſtratis ſurrexit, & ipſas
Aetâte æquales comites & ſanguine claro
Quærebat, quum queis ſyluis ludebat in altis,
Aut ſolitos quando illa choros agitare parabat,
Vel nitidum quando corpus merſabat Anauri
Ad fauces, qua ſe ille maris commiſcet apertis
Fluctibus: aut quando carpebat lilia campis,
Lilia odoratis foliis, niueóque colore.
Actutum venêre omnes, calathúmque legendis
Floribus in læua, ſolito de more, gerebant:
Curuáque pernici petierunt littora paſſu,
Quà iuxtà ſemper beneolentia prata virebant,
Aeſtiuos ſoles vbi condere ſæpe ſolebant
Vndarum pelagi ſtrepitu, florúmque colore
Gaudentes, necnon nemorum frigentibus vmbris.
Auratum verò calathum mira arte ferebat
Intextum niueis manibus Sidonia virgo,
Ignipotentis opus Vulcani. quem dedit olim
Is dono Libyæ, peteret quum dulcia regis
Connubia æquorei: Libye ſed Telephaeſſæ
Munere conceſsit, dehinc charæ mater habendum
Europæ: quo diuerſis diſtincta figuris
Dædala facta aderant. Io ſub imagine vaccæ
Fulgebat longè ex auro cælata nitenti,
Atque viam carpens pedibus maria alta ſecabat,
Nanti haud diſſimilis. námque illic cærula ponti
Vnda relucebat tremuli: quam leniter aura
A dulci flatu zephyri commota mouebat.
At læua de parte, viri duo littore in ipſo
Aſtabant, pelagíque bouem freta ſalſa tenentem,
Tranantémque maris fluctus mirantur amaros.
Parte alia ponti diuûm cælatus erat rex,
Tractabátque manu dextra læuáque iuuencam

Molliter. hæc autem poſtquam peruenit ad alta
Oſtia qua Nilus liquido pede currit in æquor,
Rurſus in antiquam formam conuerſa iuuenca eſt
Ab Ioue, ſed verſæ facies erat ænea vaccæ
Inachiæ: cælatus erat Saturnius auro
Ex ſolido. Nili color ipſe argenteus vndis
Non ſe immiſcebat pelagi, circúmque coronam
Inſignem hanc calathi latè fulgentis, & oras
Inſignitus erat formoſa Atlantide natus.]
Hunc proſtratus erat iuxta vigilantibus Argus
Luminibus quondam ornatus, de ſanguine cuius
Purpureo prodibat auis: quæ ſparſa colore
Diuerſo geminas alas corpúſque virentum
Pratorum æquabat flores, greſſúque ſuperbo
Læta videbatur procedere, ceu ratis altum
Per pelagus: calathíque oras incinxerat alis.
Talis erat calathi ornatus: quem læta ferebat
Sidonis æquales inter pulcherrima formæ
Aſpectu, dehinc prata petunt fundentia flores:
Hæc animum vario florum paſcebat honore,
Narciſſúmque aliæ carpebant, ſiue hyacinthum:
Serpyllúmque aliæ, violáſque thymúmq; legebant:
Hæc & odoratis miſcebat floribus herbas:
Illa croci frondente comas in valle metebat.
In medio ſtabat comitum, & tondebat olentes
Suaue roſas Europa, velut formoſa Dione
Tergeminas inter Charitas: quum ducit ad vndam
Fontis Acidaliæ nymphis permiſta choreas,
Virgineum ipſa diu non ſeruatura pudorem.
Namque pater zonam ſoluet Sáturnius, & non
Amplius illa animum cum nymphis carpere blãdos
Adiiciet flores. genitor nam Iuppiter & rex
Cœlicolûm in pratis, vt vidit Agenore natam,
Formoſæ eſt telis Veneris percuſſus, & imo

Incautus dulces concepit pectore flammas:
(AEtherium nam ſola poteſt ſua ſub iuga regem
Mittere) & euitans ſuſpectæ coniugis iras,
Atque volens tectis inuoluere fraudibus ipſam
Europam, ignaram facti, celer occulit artus
Diuinos, & ſe taurino tergore texit.
Et iam factus erat præſtanti corpore taurus:
Non qualis campo aut ſtabulis nutritur in altis,
Nec qualis qui nunc domito trahit eſſeda tergo.
Illi flauus erat color, & nota candida tantùm
Fronte inerat media: circùm longéque relucens,
Spirabat Venerem ex oculis: æqualia ſeſe
Cornua tollebant capite, incuruatáque in orbem
Tangebant ſeſe (viſu mirabile) tanquam
Exoriens noua luna ſimul quum cornua curuat.
Hic tandem ardenti florentia paſcua greſſu
Deuenit, nympháſque ſuo non terruit ipſe
Aſpectu: ſed amor ingens mentémque animúmque
Illarum ſubiit, manſuetum tangere taurum:
Cuius odor latè ſpirans de corpore, cunctos
Et prati nemoríſque ſimul ſuperabat odores:
Dehinc ſtetit ante pedes formoſæ virginis, oréque
Illius miti collum lambebat, & illam
Mulcebat nitido aſpectu: tunc ipſa ſiniſtra
Molliter, & dextra leui tangebat, & ore
Spumam abſtergebat manibus, atque oſcula tauro
Inſcia libabat fraudis. fundebat at ille
Tales mugitus, quales caua tibia fundit
Mygdonis. ille genu incuruans ſpectare nitentem
Europam, & collum flectens oſtendere dorſum;
Illa autem ſocias ſic eſt affata timentes,
O fidæ & charæ comites, accedite ad vmbram;
Hanc viridem, vt tauri tergo ſedeamus, & vnà
Errantes ſyluis, frigus captemus & auras.

Λιπόμενος Γαλάτειαν ἀπηνέα· τὰς δὲ γλυκείας
Ἐλπίδας ὑστατίω μέχρι γήραος οὐκ ἀπολείψω.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηδὲ λίπῃς μ' ἀγέραστον, ἐπὴν χὼ Φοῖβος ἀείδειν
Μισθὸν ἔδωκε. τιμὰ δὲ τὰ πράγματα κρέσσονα ποιεῖ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μορφὰ θηλυτέρῃσι πέλει καλὸν, ἀνέρι δ' ἀλκά.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΣ ΑΧΙΛΛΕΩΣ καὶ Δηϊδαμείας.

Μύρσων, Λυκίδας.

Ἆς νύ τι μοὶ Λυκίδα Σικελὸν μέλος ἁδὺ λιγαίνειν,
Ἱμερόεν, γλυκύθυμον, ἐρωτικὸν, οἷον ὁ Κύκλωψ
Ἄεισεν Πολύφαμος ἐπ' ἠϊόνι Γαλατείᾳ;
λ. Κἠμοὶ συρίσδεν Μύρσων φίλον. ἀλλὰ τί μέλψω;
μ. Σκύριον Λυκίδα ζαλῶν μέλος, ἁδὺν ἔρωτα,
Λάθρια Πηλείδαο φιλάματα, λάθριον εὐνάν.
Πῶς παῖς ἕσσατο φᾶρος, ὅπως δὲ ἐψεύσατο μορφάν,
Χ' ὥπως ἐν κώραις Λυκομηδίσιν ἀπαλέγοισα.
Ἀνηδώνητ' ἀπαστὸν Ἀχιλλέα Δηϊδάμεια. *
λ. Ἅρπασε τὰν Ἑλέναν ποθ' ὁ βωκόλος· ἆγε δ' ἐς Ἴδαν,
Οἰνώνῃ κακὸν ἄλγος. ἐχώσατο δ' ὁ Λακεδαίμων.
Πάντα δὲ λαὸν ἄγειρεν Ἀχαϊκόν. οὐδέ τις Ἑλλάν,
Οὔτε Μυκηναίων, οὔτ' Ἤλιδος, οὔτε Λακώνων
Μεῖνεν ἑὸν κατὰ δῶμα, φέρων δνοτὶν· αἰαὶ ἄρηα. *

Λάνθανε

Duram obſecrans Galateam: dulcem verò
Spem ad extremam vſque ſenectutē non relinquam.

EIVSDEM.

Nec ſinas me ſine præmio: nā & Apollo pro cantu
Mercedem dedit. honor verò res meliores facit.

EIVSDEM.

Forma mulieribus eſt res decora: viris autem,
fortitudo.

Λάνθανε δ' ἐν κώραις Λυκομηδίσι μοῦνος Ἀχιλλεύς·
Εἴρια δ' ἀνθ' ὅπλων ἐδιδάσκετο, καὶ χερὶ λευκᾷ
Παρθενικὸν κόρον εἶχεν· ἐφαίνετο δ' ἠύτε κώρα.
Καὶ γὰρ ἴσον τήναις θηλύνετο, καὶ τόσον ἄνθος
Χιονέαις πόρφυρε παρειῆς· καὶ τὸ βάδισμα
Παρθενικῆς ἐβάδιζε, κόμας δ' ἐπύκαζε καλύπτρῃ·
Θυμὸν δ' Ἄρεος εἶχε, καὶ ἀνέρος εἶχεν ἔρωτα,
Ἐξ ἀοῦς δ' ἐπὶ νύκτα παρίζετο Δηϊδαμείᾳ·
Καὶ ποτὲ μὲν κείνας ἐφίλει χέρα, πολλάκι δ' αὐτᾶς
Στέμ' ἀνὰ καλὸν ἄειρε, τά δ' ἀδέα δάκρυ' ἐπήνει. *
Ἤσθιε δ' οὐκ ἄλλᾳ σὺν ὁμάλικι· πάντα δ' ἐποίει
Σπεύδων κοινὸν ἐς ὕπνον. ἔλεξέ νυ καὶ λόγον αὐτᾷ,
Ἄλλαι μὲν κνώσσοισι σὺν ἀλλήλαισιν ἀδελφαί·
Αὐτὰρ ἐγὼ μούνα μίμνω, σὺ δὲ νύμφα καθεύδεις.
Αἱ δ' ὑποπαρθενικαὶ συνομάλικες αἱ δύο καλαί.
Ἀλλὰ μόναι καὶ λέκτρα καθεύδομες. ἁ δὲ πονηρὰ
Νύσσα γὰρ δολία με κακῶς ἀπὸ σεῖο μερίσδει.
Οὐ γὰρ ἐγὼ σέο * * *

Bioni à quibuſdam tribuitur & illud paruum Idyllium cuius primus eſt uerſus Ἕσπερε τᾶς ἐρατᾶς χρύσεον φάος Ἀφρογενείας, *quod inter Moſchi Idyllia præceſſit.*

MOSCHI ET BIONIS
IDYLLIA,
Latinis verſibus à diuerſis reddita.

MOSCHI IDYL. I,
AMOR FVGITIVVS.
Angelo Politiano interprete.

QVVM Venus intento natum clamore vocaret,
Si quiſquam in triuiis errantem vidit Amorem,
Hic fugitiuus, ait, meus eſt. pretium feret index
Baſiolum Veneris: quòd ſi ad me duxeris illum,
Non ſimplex dabo baſiolum, plus hoſpes habebis.
Inſignis puer eſt: totam hac cognoſce figuram:
Corpore non niueus, verum ignem imitatur. ocelli
Acres, flammeoli: mala mens, ſuauiſſima verba.
Quod loquitur non ſentit idem. vox mellea, ſed quũ
Ira inflammatur, tum mens illi effera, fallax:
Fraudator, mendax, ludit crudele puellus.
Criſpulus eſt illi vertex, faciéſque proterua,
Exiguæque manus, procul autem ſpicula torquet:
Torquet in vmbriferúmque Acheronta, & regna ſilentum.
Membra quidem nudus, mentem velatus: auíſque
More citans pennas, nunc hos, nunc aduolat illos,

Sæpe viri preſſans præcordia, ſæpe puellæ.
Arcum habet exiguũ, ſuper arcu impoſta ſagitta eſt.
Parua ſagitta quidem, ſed cœlum fertur aduſque:
Parua pharetra olli dependet & aurea tergo:
Sunt & amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoque ſæpe ferit matrem; ſunt omnia ſæua,
Omnia, ſéque ipſum multo quoque ſæuius angit.
Paruula fax olli, ſed & ipſum Hyperiona vincit.
Verbere, ſi prendes, age, ne miſerare puellum:
Si flentem aſpicias, ne mox fallare caueto:
Sin arridebit, magis attrahe: & oſcula ſi fors
Ferre volet, fugito: ſunt oſcula noxia, in ipſis
Súntque venena labris. ſi fors ita dixerit, Heus tu
Accipe, nempe tibi cuncta hæc mea largior arma,
Nequicquam attigeris fallacia munera Amoris.
Omnia namque igni ſunt infecta illius arma.

IDEM IDYLLIVM,

Interpr. Laurentio Gambara.

ALMA Venus natum Paphiis amiſerat oris,
Et voce ingenti clamabat, Siquis Amorem
Errantem in triuiis conſpexerit, ilicet ipſam
Me moneat matrem: puer eſt meus ille, domo qui
E noſtra furtim aufugit: túque ipſe repertor
Amiſſi nuper nati, mercede tua pro
Oſcula mille feres: ſed ſi tu in tecta reduces
Errantem puerum, tu baſia non mea tantum
Accipies, ſed plus tu nati ductor habebis.
Tu verò puerum indiciis his omnibus ipſum
Cognoſces. olli niueus non eſt color, igni
At ſimilis: fulgent veluti ſua lumina flammæ,
Et longè clareque vident. ſuauíſque loquela

Eſt illi, at prauum ingenium, moréſque ferini.
Quod loquitur, non ſentit idem, vox ipſáque mel eſt:
Innectit ludens fraudes, & vera fateri
Non ſolet. huic facies nullo eſt perfuſa pudore:
Sed ſi bile tumet, puer implacabilis ille eſt.
Obnubit nullo flauos velamine crines
Intortos: paruas habeat licet impiger ambas
Ille manus, tamen intorquet tela aurea longé:
Et iacit ad Phlegethonta ſuas regémque ſagittas
Tartareum. nullo corpus tegit acer amictu,
Sed mentem tegit: atque alas habet ille, volátque
Quantum ales ſolet ætherio dilecta tonanti.
Nunc & ad hos celer ille viros, nunc aduolat illos:
Fœmineo ſæuus generi nec parcit, & imis
Viſceribus ſedet exultans. eſt paruulus arcus,
Paruáque tela ſuper, quibus ardua ſydera cœli
Attingit, ſuperûmque domos, regémque deorum.
Aureáque ex humeris dependet parua pharetra,
Spicula qua permiſta tegit ſucco intus amaro:
His matrem petit ille ferox me ſæpe ſagittis.
Omnia amara gerit ſecum, atque aſperſa veneno.
Quúmque minor fax ſit puero, quàm lucida ſoli
Lampas, at ille tamen ſolem crudeliter vrit.
Hunc tu ſi inuentum capies, vincla iniice capto
Confeſtim, nec tu pueri miſerere precantis:
Si verò lacrymis aſperſerit ora profuſis,
Ipſe caue te decipiat: ſi arriſerit vltrò
Ille tibi, faciem auerte, & trahe compede vinctum:
Si dare fortè tibi volet oſcula, tu fuge longé.
Oſcula nam mala ſunt, & ſunt labra ipſa venenum.
Hæc cape, quæ mea ſunt (ſi forſan dixerit) arma,
Quæ dono nunc ſponte tibi: non munera tanges
Illius. namque hæc ſunt tot fallacia dona,
Et latet his ignis, ſunt & ſparſa omnia flammis.

MOSCHI IDYL. II,

EVROPA,

Laurentio Gambara interprete.

PER noctem Europæ Venus alma inſomnia miſit,
Quum non diſtaret longè Tithonia coniunx,
Et pars vrgeret tenebroſæ tertia noctis,
Somnia quum vera eſſe ſolent mortalibus ægris:
Huic dulcis tunc melle ſopor magis, humida molli
Lumina deuinxit nodo, geminíſque reſedit
Palpebris, ſoluens languentia lumina ſomno.
Tunc illa in ſomnis, latis arma impia campis
Inter ſe geminas regiones ferre videbat,
Fœminea inſignes forma. Quarum altera dixit
Europæ, O virgo, genui te, atque vbera noſtra
Suxiſti primùm, atque alui pubentibus annis.
Altera vim manibus illi iniiciebat, & illam
Inuitam trahere in ditiſſima regna volebat,
Europam memorans (ſic fata immota manebant)
Fama olim illuſtrem fore, perpetuúmque daturam
Et genti noménque loco. tunc oſſa tremore
Sunt ſubitò concuſſa nouo: & ſic mœſta reſedit,
Non ducens ſomnos, ſtratis: puróque videbat
Lumine adhuc geminas ſtantes in limine formas.
In talem hanc ſomno erumpit perterrita vocem,
Quis deus his mentem tranquilláque pectora binis
Vexat imaginibus, dum ſtratis nocte quieſco?
Quæ verò eſt hoſpes, quæ me nunc fronte recepit
Tam læta, & geminis eſt me complexa lacertis,
Non ſecus ac concepta forem ſi illius in aluo?

Hæc deus omnipotens inſomnia noſtra ſecundet.
Hæc dicens, ſubitò ſtratis ſurrexit, & ipſas
Aetâte æquales comites & ſanguine claro
Quærebat, quum queis ſyluis ludebat in altis,
Aut ſolitos quando illa choros agitare parabat,
Vel nitidum quando corpus merſabat Anauri
Ad fauces, quà ſe ille maris commiſcet apertis
Fluctibus: aut quando carpebat lilia campis,
Lilia odoratis foliis, niueóque colore.
Actutum venêre omnes, calathúmque legendis
Floribus in læua, ſolito de more, gerebant:
Curuáque pernici petierunt littora paſſu,
Quà iuxtà ſemper beneolentia prata virebant,
Aeſtiuos ſoles vbi condere ſæpe ſolebant
Vndarum pelagi ſtrepitu, florúmque colore
Gaudentes, necnon nemorum frigentibus vmbris.
Auratum verò calathum mira arte ferebat
Intextum niueis manibus Sidonia virgo,
Ignipotentis opus Vulcani. quem dedit olim
Is dono Libyæ, peteret quum dulcia regis
Connubia æquorei: Libye ſed Telephaeſſæ
Munere conceſsit, dehinc charæ mater habendum
Europæ: quo diuerſis diſtincta figuris
Dædala facta aderant. Io ſub imagine vaccæ
Fulgebat longè ex auro cælata nitenti,
Atque viam carpens pedibus maria alta ſecabat,
Nanti haud diſſimilis. námque illic cærula ponti
Vnda relucebat tremuli: quam leniter aura
A dulci flatu zephyri commota mouebat.
At læua de parte, viri duo littore in ipſo
Aſtabant, pelagíque bouem freta ſalſa tenentem,
Tranantémque maris fluctus mirantur amaros.
Parte alia ponti diuûm cælatus erat rex,
Tractabátque manu dextra læuáque iuuencam

Molliter. hæc autem poſtquam peruenit ad alta
Oſtia qua Nilus liquido pede currit in æquor,
Rurſus in antiquam formam conuerſa iuuenca eſt
Ab Ioue, ſed verſæ facies erat ænea vaccæ
Inachiæ: cælatus erat Saturnius auro
Ex ſolido. Nili color ipſe argenteus vndis
Non ſe immiſcebat pelagi, circúmque coronam
Inſignem hanc calathi latè fulgentis, & oras
Inſignitus erat formoſa Atlantide natus.]
Hunc proſtratus erat iuxta vigilantibus Argus
Luminibus quondam ornatus, de ſanguine cuius
Purpureo prodibat auis: quæ ſparſa colore
Diuerſo geminas alas corpúſque virentum
Pratorum æquabat flores, greſſúque ſuperbo
Læta videbatur procedere, ceu ratis altum
Per pelagus: calathíque oras incinxerat alis.
Talis erat calathi ornatus: quem læta ferebat
Sidonis æquales inter pulcherrima formæ
Aſpectu, deinc prata petunt fundentia flores:
Hæc animum vario florum paſcebat honore,
Narciſſúmque aliæ carpebant, ſiue hyacinthum:
Serpyllúmque aliæ, violáſque thymúmq; legebant:
Hæc & odoratis miſcebat floribus herbas:
Illa croci frondente comas in valle metebat.
In medio ſtabat comitum, & tondebat olentes
Suaue roſas Europa, velut formoſa Dione
Tergeminas inter Charitas: quum ducit ad vndam
Fontis Acidaliæ nymphis permiſta choreas,
Virgineum ipſa diu non ſeruatura pudorem.
Namque pater zonam ſoluet Saturnius, & non
Amplius illa animum cum nymphis carpere blãdos
Adiiciet flores. genitor nam Iuppiter & rex
Cœlicolûm in pratis, vt vidit Agenore natam,
Formoſæ eſt telis Veneris percuſſus, & imo

Incautus dulces concepit pectore flammas:
(AEtherium nam ſola poteſt ſua ſub iuga regem
Mittere) & euitans ſuſpectæ coniugis iras,
Atque volens tectis inuoluere fraudibus ipſam
Europam, ignaram facti, celer occulit artus
Diuinos, & ſe taurino tergore texit.
Et iam factus erat præſtanti corpore taurus:
Non qualis campo aut ſtabulis nutritur in altis,
Nec qualis qui nunc domito trahit eſſeda tergo.
Illi flauus erat color, & nota candida tantùm
Fronte inerat media: circùm longéque relucens,
Spirabat Venerem ex oculis: æqualia ſeſe
Cornua tollebant capite, incuruatáque in orbem
Tangebant ſeſe (viſu mirabile) tanquam
Exoriens noua luna ſimul quum cornua curuat.
Hic tandem ardenti florentia paſcua greſſu
Deuenit, nympháſque ſuo non terruit ipſe
Aſpectu: ſed amor ingens mentémque animúmque
Illarum ſubiit, manſuetum tangere taurum:
Cuius odor latè ſpirans de corpore, cunctos
Et prati nemoríſque ſimul ſuperabat odores:
Dehinc ſtetit ante pedes formoſæ virginis, oréque
Illius miti collum lambebat, & illam
Mulcebat nitido aſpectu: tunc ipſa ſiniſtra
Molliter, & dextra leui tangebat, & ore
Spumam abſtergebat manibus, atque oſcula tauro
Inſcia libabat fraudis. fundebat at ille
Tales mugitus, quales caua tibia fundit
Mygdonis. ille genu incuruans ſpectare nitentem
Europam, & collum flectens oſtendere dorſum:
Illa autem ſocias ſic eſt affata timentes,
O fidæ & charæ comites, accedite ad vmbram
Hanc viridem, vt tauri tergo ſedeamus, & vnà
Errantes ſyluis, frigus captemus & auras.

Nam dorſo duplici ſeſe tellure reclinans
Suſcipiet cunctas, veluti ratis acta per æquor.
Non toruo aſpectu eſt taurus, ſed mitis ei mens,
Haud ſecus atque homini: tantùm vox illius ipſum
Non hominem ſonat. Hæc dicens ridenſque reiedit
Flauentis dorſo tauri: tunc ilicet ipſe
Erexit ſe ſe, raptámque ad littora prædam
Portat, & accelerans ponto ſe immiſit aperto.
Illa autem magna deſertas mœſta vocabat
Voce ſuas comites, iunctáſque ad littora palmas
Vertebat: ſed curua ſequi per littora taurum
Haud poterant miſeræ comites. nã per maris altas
Currebat taurus delphine fugacior vndas.
Egreſſæ ſunt è pelago Nereides almæ,
Cetorum latis humeris dorſóque ſedentes
Ibant æquato tranquilla per æquora curſu.
Ipſe ſonans pelagi domitor ſubter mare fluctus
Mulcebat, fratríque fauens pandebat eunti
Per freta lata viam: & circùm Tritones aduncis
Ludentes conchis hymenæum ad lucida cœli
Sidera tollebant pariter cantúque ſonóque,
Quem reſonans caua concha dabat per cærula ponti.
Ipſa Europa ſedens taurino tergore, dextra
Prendebat dextrum cornu, læuáque fluentes
Purpureos chlamydíſque ſinus limbúmq; trahebat,
AEquorea pictas veſtes ne tingeret vnda:
Qua littus non illa ſuum monteſque videbat,
Aerios licet, vlterius. namque aureus æther
Suprà erat, aſt infrà ponti freta cærula tantúm:
Mox circùm aſpiciens tali ſic voce loquuta eſt.
Quò me fers ô taure tuo per marmora dorſo?
Aut quis es? hæc pedibus non eſt via tuta biſulcis.
Nónne times pelagi fluctus? facilè eſt maris vnda
Puppibus, horreſcunt omnes freta ſalſa iuuenci.

Ecquis erit potus tibi? num potabis amaros
Hos latices? mediis paſces an fluctibus algas?
Si deus es, tu indigna facis pulcherrime, quæ non
Numina ſancta decent: non vaſto in marmore tauri
Delphinéſve ſolo incedunt. tu paſcua namque
Læta ſimul terrámque colis, pelagíque profundi
AEquora, nec ſalſo tingis tua corpora fluctu.
Vngula pro remis tibi ſeruit, & humida tranas
Hæc maria: aerias fors tu ſublatus in auras,
Haud ſecus ac volucris cœli per inane volabis.
Infelix Europa, patris tecta alta reliqui,
Atque ſequens taurum hunc, ſequor hoc iter æquoris alti
Non notum, & ſola his ſpumoſis fluctibus erro.
Tu verò Neptune pater, cui cærula parent,
Sis felix, cupio ipſa aliquem qui monſtret apertam
Per maria alta viam. neque enim ſine numine ſcindo
Hæc vada. tunc alta cœpit ſic taurus ab vnda,
Confide ô virgo, nec noſtri hæc inuia fratris
Regna time: ſum regnator radiantis olympi,
Cœlicolûmque deûm genitor: videórque iuuencus
Eſſe tibi, quoniam formas conuertere in omnes
Me poſſum. ſed Amor metiri hæc marmora me nunc
Impulit, in taurum mutatum. aſt inſula Crete
Accipiet te læta ſinu, quæ lucis in auras
Me fudit, nécnon aluit: tu regia noſtri
Illic connubia aſpicies, prolémque deabus
AEthereis ſimilem partu dabis, atque parentem
Me regum facies quondam dulciſſima coniunx.
Dixit, & euenere ſimul quæ dixerat ipſe
Europæ rex Dictæus. formámque deorum
Accepit, thalamíſque deæ genialibus Horæ
Fulcra toróſque parant: dehinc aurea vincula ſoluit
Iuppiter, & lætis reſonant concentibus ædes.

Quæque puella fuit nuper, nunc ſponſa tonantis
Eſt Iouis: atque Ioui genuit fœcunda virilem
Progeniem, & partu facta eſt lætiſſima mater.

IDYLLIVM III.

EPITAPHIVM BIONIS,

Interpr. eodem Laurentio Gambara.

VOS mecum herboſi ſaltus, & Dorica Muſa,
Trinacriæ & paſſim fluuii, plantǽque virentes,
Et poſita hos circum colles nemora alta, Bionem
Deflete, & vos ô flores oſtendite luctum,
Nec veſtris ſolitum foliis effundite odorem.
Vóſque roſæ quódam niueæ, niueúmque papauer
Contrahere amiſſo non vos paſtore viciſſim
Puniceum pigeat dumis hortíſque colorem:
Túque tuos memora caſus Hyacinthe, tuíſque
Adde etiam hoc foliis, Heu heu: cantu inclytus olim
Trinacriis periit vates celeberrimus oris.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Tu Procne, nécnon & tu Philomela, ſonoris
Quæ canitis ſyluis, Arethuſæ dicite Nymphæ,
Morte Bion periit, carménque & Dorica Muſa.
Strymoniis in aquis cycni cantate querelis
Flebilibus carmen, ſed quali voce Bion iam
In veſtris cecinit labris: & dicite nymphis
OEagriis & Biſtoniis, Sua lumina noctem
Clauſit in æternam iam languida Doricus Orpheus.
Armentíſque Bion charus, non amplius illis
Ilicea aſſuetos cantus modulatur in vmbra,

Carmen at infernis lethæum condit in oris.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Viciníque ſilent montes, iuxtáque iuuencæ
Errantes tauros, lacrymas gemitúſque videntur
Fundere, ob illarum per florea paſcua longos
Mugitus: parcúntque boues beneolentibus herbis.
Sicanios mecum cantus cane Dorica Muſa.
Ipſe tuam longùm fleuit turbatus Apollo
Mortem inſperatam: pulláque in veſte Ithyphalli
Luxerunt, Satyríque tuum per prata requirunt
Cum gemitu carmen Panes, Dryadéſque per altas
Flent ſyluas: quarum gemitus lacrymǽque cadẽtes
Sunt verſæ in liquidos latices, & rupibus Echo
Mœſta ſilet, quòd non tam longa ſilentia poſſit
Rumpere, & aſſuetos imitari garrula cantus.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Palmitibus vitis vuas excuſſit, & arbos
Pendentes fructus: flos lætis aruit hortis,
Lacteus in pomis rubet haud color, heu nece vatis
Sicanii: fruſtrà pecudum premit vbera paſtor.
Mella ſuis periere fauis, nec ruſticus ipſe
Mella poteſt legere vlla, tuo iam melle perempto.
Sicanios mecum cantus cane Dorica Muſa.
Non tantum æquoreo delphin in littore fleuit,
Nec tantum Philomela cauis in montibus, & nec
Per montes tantum frondoſos luxit hirundo,
Aut tanto Halcyone fleuit Ceyca dolore.
Sicanios mecum cantus cane Dorica Muſa.
Cerylus haud tantum pelagi defleuit in vndis,
Nec tantùm Auroræ prolem fleuere volantes
Olim Memnonides Eoo in littore, circa
Illius tumulum, quantum fleuere Bionem.]
Sicanios mecum cantus cane Dorica Muſa.
Quáſque olim ſyluis cantu vel voce tenebat,

ſque loqui recubans vmbra viridante docebat.
[illegible] uerſas volucres dumis aut rupe ſedentes,
Inter ſe hæ mœſtis luxere Biona querelis.
Aſt aliæ reſponſa dabant, Lugete columbæ
Vos quoque, vóſque dolor teneat luctúſq; perennis.
Sicanios mecum cantus cane Dorica Muſa.
Ecquis erit tandem ille tuis qui labra cicutis
Admoueat ſua, & æquiparet te voce canendo?
Aut canat ad calamos, quos olim inflare ſolebas?
Ipſa tuos nam ſpirat adhuc tua fiſtula cantus,
Mœſta & arundinibus Echo te quærit in altis.
Pan ſtipula deus ipſe tua formaſſe timebit
Ludere, ne cedat tibi, deuictúſque recedat.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Flet Galatea tuos cantus, quam carmine dulci
Mulcebas, tecum prope littora curua ſedentem.
Non etenim ille tibi Cyclops æquale canebat
Carmen, & illum ideo fugiebat cærula Nereis,
Viciníque maris te reſpiciebat ab vndis:
Nunc liquidas ſedes oblita recumbit arenis
Deſertis, ſequitúrque tuam per littora vocem.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Tecum vnà Aonidum perierunt dona ſororum
Omnia, & ad tumulum lacrymas effundere Amores
Indigenæ videre. Venus te paſtor amabat,
Atque amat ipſa magis quàm dulcia Adonidis olim
Oſcula quæ dederat morienti mœſta marito.
Ecquis erit poſthac qui dulcia cantet amantum
Oſcula, Sicaniis tantum celebrata puellis?
Angit te miſerande Mele dolor alter, & ingens
Cum gemitu luctus. nam ſub tua flumina quondam
Te fleuiſſe ferunt, intérque ſonantia ſaxa,
[illegible]que impleſſe tuis lacrymoſis vocibus æquor
[illegible]ce os Calliopæ, quum vita exceſſit Homerus:

Nunc alium defles immiti funere natum
Abreptum, luctúque gemens tabeſcis amaro.
Ambo autem liquidis dilecti fontibus, ambo
Felici inſignes cantu. prior ille bibebat
Pagaſidos viuos latices: è dulcibus alter
Hauribat gratas Arethuſæ fontibus vndas.
Alter Ledæam prolem, primóſque Pelaſgum
Ductores & Peliden: hic non fera bella,
Non lacrymas cecinit, ſed tantùm Pana canebat,
Nécnon paſtores Siculos, intérque canendum
Paſcebat pecudes ad amœni littoris oras:
Iungebátque ſimul teretes mira arte cicutas,
Diſparibus quas ordinibus numeróque locabat.
Interdum vitulæ ſiccabat lactea palmis
Vbera, & interdum conceſſa docebat amantum
Oſcula languentum, gremióque fouebat Amorem:
Charus erat Veneri, nécnon & charus Amori.
  Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Te magnæ deflent vrbes, atque oppida circùm
Cuncta Bion, mage quàm prædùris aſpera ſaxis
Aſcra ſuum vatem egregium: Thebǽque Pelaſgæ,
Inſula nec Leſbos, niueis nec Cea iuuencis
Grata, ſuos mage deflerunt per compita vates.
Quinetiam te parua Paros cupit ipſa magis quàm
Archilochum: vatíſque ſuæ non carmina curat,
Sed tua per ſyluas Mitylene Leſbia cantat.
Téque Syracuſius defleuit carmine vates.
Auſonii luctus modulabor carmina, namque
Ignarus non ſum deductos dicere verſus,
Quos nos paſtores docuiſti: tu quoque magnas
Diuitias aliis liquiſti, at Dorica nobis
Carmina, nos tanto quondam dignatus honore.
  Sicánios verſus mecum cane Dorica Muſa.
Heu, maluæ poſtquam campis periere, & anethum

Interiit,floréſque nouo ſub ſole,nouum ver
Quum rediit,redeunt flores,& ſurgit anethum,
Atque ornata comas ridet lætiſſima tellus
Floribus,& pratis diuerſos afflat odores.
Nos verò virtute viríque & robore tanto
Præſtantes,poſtquam vacuo noſtra oſſa ſepulcro
Tecta iacent,tenet æternùm nos ſomnus,& auras
Has liquidas mors ſæua negat nos lumine ſueto
Cernere: túque ſilens tellure es conditus alta:
At Muſis viſum eſt vt ſemper carmina condat
Batrachus:at non inuideo.namque ille ſub vmbra
Cantando,incultum diſperdit carmen in auras.
Sicanios mecum verſus cane Dorica Muſa.
Quis tua tam tetrum virus crudelis ad ora
Admouit,iuſsítve dari,vel nigra venena
Miſcuit, atque tuo non ſit commotus agreſti
Carmine,cantantem ſi te vnquam vidit in vmbra?
Caſtigat ſed læta viros Aſtræa nocentes.
Nam pœnas ſubiere graues pro crimine tanto.
Magne Bion,nunc ipſe fleo tua funera:quòd ſi
Vt quondam OEagrius vates,& durus Vlyſſes,
Alcideſque,Orci deſcendere ad intima poſſem
Tartara,fortè domos inferni regis adirem,
Cernere ibi vt poſſem ſi nunc tua carmina Diti
Tu cantas,téque audirem. ſed tu quoque magnam
Carmen apud cane Perſephonen, at quale ſolebas
Vallibus his canere,& dulces effundere voces.
Illa etenim toties Sicana luſit in AEtna,
Et duxit comitata choros ad littoris vndam,
Et Siculos cantus,& Dorica carmina nouit.
Non ſine honore tuum,nec erit ſine munere carmen:
Et ſicut vati fidibus citharáque canenti
Conſortem thalami Eurydicem conceſſit,vt illam
Duceret ad ſuperas auras,ſic te quoque forſan

In dulces patriæ colles ſalúſque remittet.
Aſt ego ſi ſcirem calamos inflare ſonantes,
Pro te chare Bion non tartara nigra timerem,
Vt poſſem has cœli mecum te ducere ad oras.

IDYLIVM IIII.

MEGARA.

Eodem L.G. *interprete.*

CVR torques animum inſano miſeranda dolore
O mater? cur purpureus rubor ore receſſit?
Anne tuo regis Stheneli illaudata propago
Imperitat nato, timidus velut ipſe leoni
Hinnulus, & iam nunc in ſæua pericula mittit,
Præcipiens aliquod monſtrum domitare per orbem?
Heu quali diuûm genitor me affecit honore!
Aduerſo quàm me fato genuere parentes?
Infelix heu, quæ poſtquam ſortita mariti
Inſontis tedas ego ſum, hunc coluíque colóque
Ex animo, venerórque volens, ceu lumina noſtra:
Quo non mortales fuit infelicior alter
Inter, ab æterno poſtquam ſunt facta parente
Sydera, & Oceani tractus, terræque patentes:
Et paſſus tot iam caſus, animóque dolores:
Qui calamis, arcúque fero (quo munere Phœbus
Donarat) iactis fixit ſua pignora telis,
Parcarum tanquam ſi ſpicula dira fuiſſent:
Atque illis vitam eripuit, plenúſque cruore
Natorum, veluti Furiis agitatus Auernis,
Per thalamos huc ille miſer currebat & illuc.

Quos tunc infelix vidi paritérque paternis
Transfixos iaculis. quod non per ſomnia cuiquam,
Accidit, id miſeræ contingit cernere clara
Luce mihi. natis poteram nec ferre ſupremum
Auxilium, quamuis matrem me voce vocarent
Sæpe ſuam. namque ipſa manus aut tela furentis
Effugere haud poteram, & crudelia fata mariti.
Vt Procne, implumes cuius fera vipera natos
Ore vorat nemorum in dumis, atque illa petentes
Vitale auxilium ſtridenti gutture natos
Peruolitat circum, quod non dare paruula mater
Imbellíſque poteſt. namque hoc accedere monſtrum
Horrendum & crudele timet. ſic ipſa querebar,
Infelix partu, nécnon & ſtirpe meorum
Natorum: quos tunc deflens, per regia demens
Præcipiti huc illuc currebam hæc atria curſu.
Fœminei ô virgo generis Latonia præſes,
Ipſa meos inter iacuiſſem mortua natos
O vtinam, transfixa iecur pectúſque ſagitta,
Quæ foret immiti nigróque armata veneno.
Tunc nos luxiſſent ciues, atque ordine longo
Flammarum magna duxiſſent funera pompa,
Communíque rogo poſuiſſent, oſſáque in vrna
Aurea clauſiſſent: ciueréſque vrnámque locaſſent
Vno eodémque loco, quo cœli has hauſimus auras.
Hi pueris florentem vrbem, tot & oppida Thebes
Circumhabitant, atque Aonii ferro arua recuruo
Felicis campi proſcindunt: aſt ego mentem
Vulnere iam turbata graui, ſum triſtis in vrbe
Tirynthe ſacra Iunoni: & ſemper eodem
Corda graui gerimus percuſſa dolore, nec vlla eſt
A lacrymis vel luce quies vel nocte cadente.
Namq; opus ante oculos multorũ habet ille laborũ,
Quos tanquam terra iactatus & æquore cunctos
Suſtinet

Suſtinet,acrem animum præſtanti in pectore ſeruās,
Prædurum mage quàm ferrum vel robora ſaxi:
Tu verò totóſque dies noctéſque liqueſcis,
Ceu nix ad tepidam ſolem,ſub tempora veris.
Noſtrorum at nullus me nunc ſolatur acerbo
Concuſſam caſu. namque hos non regia noſtra
Tecta tenent,aſt Iſthmū habitant: nec qui mea poſſit
Eſt mala,nec tantas afflicto in pectore curas
Lenire,excepta Pyrrha: licet illa dolorem
Sollicitum ſub corde premat pro coniuge charo.
Non tam infelices natos vlla edidit vnquam
Mortalis partu,quæ multa deóque hominique
Sit pariter,quantum ipſa meos. Sic mœſta locuta eſt
Alcidæ coniux: illi ex oculis pérque ora fluebant
Pérq; genas lacrymæ in pectus gremiúmq; loquēti,
Dum natos recolit, conſanguineóſque viciſſim.
Hoc eodémque Alcmena modo miſeranda rigabat
Pallentes lacrymis malas, grauitérque dolebat
Suſpirans: talique nurum ſermone gementem
Alloquitur, Prole infelix mea nata tenet cur
Nunc deſiderium lacrymas te effundere,& ambas
Perturbare ſimul, memorans mala noſtra,gráuéſque
Ingentéſque animo curas,quas cogimur vnà
Deflere. haud ſatis eſt vidiſſe pericula mille,
Mille neces, niſi multa aliis addantur in horas
Deteriora. auidus flendi foret ille velit qui
Præteritos caſus & tot mala noſtra referre.
Sed confide, deûm non nos ſuprema voluntas
Addixit tali fato,preſſámque doloré
Nata gemens te proſpicio caſúque recenti;
Atque ideò ignoſco tibi,quòd tua lumina flendo
Feſſa tument, paritérque genæ. nam gaudia grata
Non ſunt perpetuò,ceſſátque expleta cupido.
Téque fleo dilecta,tui miſerétque meique,

Fortunæ quoniam conſors es tu quoque noſtræ.
Et ſciat hoc dea Perſephone, velata Ceréſque
Tempora(quas ſiquis periurus fallat,acerbas
Dat pœnas)quòd chara velut mihi nata fuiſti,
Et domibus tanquam noſtris educta paternis:
Téque latere puto non hoc nurus optima.quare
Ne dicas quòd poſthabui te, nec tua quondam
Pignora:nec poſthac vllo te tempore habebo,
Ipſa licet Nioben ſuperarem prole carentem
Natorum,ſemper flendo. culpandáque nulla eſt
Heu natos etiam mater ſi deflet ademptos:
Ingenti hunc decimo ſum menſe enixa labore.
Difficilis nam me partus propè depulit vndas
Ad Stygias, crebíque domos,& nunc miſer ille
Vt ferat immiti duros à rege labores,
Eſt miſſus: nec eum reducem me certa videndi
Spes tenet. & me etiam per dulcem inſomnia ſomnũ
Triſtia terruerunt,noctéſque diéſque timore
Suſpenſa afficior,miſeris ne incommoda natis
Exitiúmque ferat. media mihi viſus in ipſa eſt
Nocte tenens manibus factum mira arte ligonem
Filius: atque illo foſſam fodiebat in agri
Florentis parte extremâ,quem nulla tegebat
Purpura.conductus tanquam mercede colonus
Aduena:ſed poſtquam duri peruenit ad ipſum
Finem operis,poſito cingens munimine campum,
Incuruum herboſo defixit in aggere ferrum,
Induere & ſolitas veſtes,velut antè,volebat:
Quum ſubitò foſſam ſupra Vulcania peſtis
Effulſit,circáque meum noua voluebatur
Alcidem flamma. ille retrò veſtigia vertens,
Effugere accenſum plantis pernicibus ignem,
Atque huc atque illuc dextra verſare ligonem
Pro clypeo: & ſeſe defendere ab igne ſequaci,

Intentóſque oculos vigil huc voluebat & illuc,
Nudatum crepitans ne corpus adureret ignis.
Ipſe videbatur fortiſſimus Iphiclus illi
Auxilium dare velle. at humi tunc concidit, antè
Quàm magnum curſu Alciden accedere poſſet:
Vt quondam ſenior longo confectus ab æuo,
Inuitum quem corripuit non grata ſenectus
Puluerea imbellis lapſus tellure recumbit,
Multa gemens, veniat donec qui ſubleuet ipſum
A terra, venerans faciem, canámque ſenectam.
Iphiclus haud aliter ſtratus tellure iacebat.
Aſt ego mœſta meos flebam tunc filia natos
Deſertos omni auxilio, donec mihi ſomnus
Ex oculis eſt excuſſus, & ab æquore ſurgens
Aurora, aduentu Phœbi perfuſa rubebat.
Sic noctem duxi inſomnem: nam ſomnia mœſto
Terrorē incuſſere animo: verùm hæc mala ad ipſum
Sæua Mycenæum regem vertantur, & illi
Sit vates animus: nec nos fors ſueta fatiget.

IDYLLLIVM V.

Henr. Stephano interprete.

QVVM mare trāquillū tenui perſtringitur aura,
Tunc animus geſtit, nec, vt antè, tenetur amore
Muſæ, ſed placidi rapit hunc pellacia ponti.
At ſimul iratum turgentibus æſtuat vndis,
Inſanúmque fremens, ſpumis caneſcere cœpit,
Tum verò fugiens, terram reſpecto: nihílque
Tellure eſt fida, nemoríſque optatius vmbra,
Pinus vbi ad flantes argutum ſibilat auſtros.
Piſcator miſer heu, domus eſt cui concaua puppis,

IDYLLIVM VI,

Henr. Stephano interprete.

PAN vicinæ Echûs, Satyri ſaltantis at Echo,
Lydæ autem Satyrus magno flagrabat amore.
Quantum Echo Panem, tantum Satyriſcus & illam
Vrebat, tantum & Lyda vrebat Satyriſcum.
Sic flammas illis Amor alternabat eaſdem.
Namq; ſuum exoſus quantum quiſque eſſet amantẽ,
Tanto erat iis odio quibus ipſe volebat amari.
His doceo exemplis te quiſquis amare recuſas:
Siquis amet, redames, vt amans redamêre viciſſim.

IDEM IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

PAN olim vicinam Echo Tegeæus amabat:
At Satyrus ſaltans Echo torquebat amore,
Sed Lyda hunc Satyrũ: nec amatus amabat amantẽ:
Et tot Amor varias gaudebat cernere curas.
Vtque deum Pana vrebat iam nubilis Echo,
Echo ſic Satyrus, Satyrum ſic candida Lyda.
Illorúmque aliquis quanto ſpernebat amantem,
Tanto mœſtus amans contemnebatur: at ille
Quem non ſæuus Amor telis percuſſit, eadem
Conficitur cura qua conficiebat amantem.
Omnibus hæc præcepta dedi, quorum ipſe Cupido
Non potuit ſolitis animos inuoluere flammis:
Vos verò qui amant, vltrò permittite amari.
Nãque olim quũ vos miſeros noua flamma tenebit,
Ardeat ille eodem quo vos ardebitis igne.

IDYLLIVM VII,

(quod à quibuſdam Bioni adſcribitur)

Henr. Stephano interprete.

H ſpere, iucũdæ pulcherrima flamma Cytheres,
Heſpere, noſter amor, nigræ decus Heſpere noctis,
Qui tantum lunæ, quantum tibi ſydera, cedis:
Salue, & paſtorem comeſſabundus amicum
Dum viſo, lunæ mihi tu vice ſuggere lumen.
Nãque hodie naſcẽs, ſtatim occidit. haud paro furta,
Atque viatori nocturno haud eſſe moleſtus.
Verùm amo: tu mecum par eſt ſocieris amore.

IDEM IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

Dulcis Acidaliæ Veneris lux aurea Veſper,
Et noctis cœlique decus, te roſcida quanto
Luna magis fulget, quum nox tegit humida terras,
Tanto tu ſtellas inter ſalue ætheris ingens
Stellantis iubar, & lucem pro lumine Phœbæ
Naſcentis concede mihi: dum limina Niſæ
Inuiſo, comitéſque meos, vt læta canentes
Carmina, certatim dominæ referamus amores.
Namque hodie primùm noſtris luceſcere terris
Incepit noua luna, citóque recedet olympo.
Per noctem incedo, non vt mortalibus vllas
Nocte parem inſidias miſeris, noſtróque viator
Enſe cadat: ſtabuli ſiue armenta abducere furtim
Non mihi mens tam dira venit: ſed amore teneri

Me fateor. fer opem miſerans, & lumen eunti
Per tenebras oſtende mihi. ſic te Venus alma
Aſtrorum ante alios omnes amet ætheris ignes.

IDYLLIVM VIII,

Henr. Stephano interprete.

Alpheus, Piſam linquens, curréńſque per æquor,
Rectà Arethuſan adit, ſecum voluens oleaſtri
Fertilem aquam, & portans illi ſua munera, ſacrum
Puluerem, & innumeros flores, ramóſque virentes.
Atque profunda petit, & ſubterlabitur imos
Fluctus, ac nunquam lymphæ ſe lympha remiſcet:
Haúdque is præteriens ſentitur ab æquoris vndis.
Imperioſe puer, maleſuade & ſæue magiſter,
Nare doces etiam fluuios in amore Cupido.

IDEM IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

Alpheus, magnæ labens prope mœnia Piſæ,
Ad pelagus celeri curſu peruenit: ibique
Immittens ſeſe ſubter freta cærula ponti,
Occultum per iter Siculas tendebat ad oras,
Multa ſuæ portans Arethuſæ munera, ſacri
Innumeras frondes oleaſtri, & gramina mille.
Puluis Olympiacus latè redolebat odoris
Floribus: in medio quem fluminis vnda tenebat.
Ille ſuos liquidos latices non miſcuit vndis
AEquoreis: mare nec nouit ſubter vada ſalſa
Alpheum tenuiſſe vias. Amor improbus, audax,

Et ſcelerum inuentor, ſuadens mortalibus ipſis
Omne nefas, docuit fluuium non nota ſecare
AEquora, non vndis ſeſe immiſcere marinis.

EIVSDEM EPIGRAMMA
IN AMOREM ARANTEM,
interprete eodem Gambara.

Sæuus Amor ſumpſit habitum formámque bubulci,
  Et ſua depoſuit tela, facéſque ſuas:
Et manibus ferrum arripuit: ſocióſque laborum
  Adiunxit properans ad iuga panda boues.
At poſtquam curuo tellurem inuertit aratro,
  Commiſit verſo grandia farra ſolo.
Atque Iouem aſpiciens fulua de nube tuentem
  Terrarum tractus, ſic ait, O genitor,
Hos pingues campos fœcundis frugibus imple:
  Europæ ne tu ſub iuga taurus eas.

Hæc interpretatio ſequitur alteram lectionem πλῆσον ἀρούρας.

BIONIS SMYRNÆI IDYLLIA,

Interprete Laurentio Gambara Brixiano.

EPITAPHIVM ADONIDIS.

DEflemus Cinyra genitum, qui nuper ab oris
Conceſſit ſuperis. lacrymæ voluuntur Amorum
Ora per impubéſque genas. Tu linque mariti
Intextos Cytherea toros & murice & auro.
Surge age, & illacrymans nunc te indue veſtib⁹atris:
Et manibus nudata tuis tua pectora tunde:
Et cunctis dic, Interiit meus ignis Adonis.
Dum flemus, teneri in lacrymas ſoluũtur Amores.
Candida traiectus patriis iacet inguina ſyluis
Dente ferocis apri niueo Cinyreia proles.
Dúmque animã aerias effundit Adonis in auras,
Corde incredibilem Venus accipit ægra dolorem.
Sed niger heu pueri niueos cruor imbuit artus:
Et nec labra notat ſolitus rubor: ipſa ſub ipſis
Preſſa ſuperciliis pallentia lumina torpent.
Atque illo moriente vnà moriuntur & ipſa
Oſcula, quæ nunquam Cypri regina relinquet.
Nam Veneri ſunt grata, licet non amplius illum
Fata deûm viuum ſeruent. ſed Adonis amantem
Non ſentit fixiſſe ſuis mille oſcula labris,
Vitali è vita dum cederet: & rate vectus
Fumantes Phlegethontis aquas tranſiret auari.
Proſtratus tellure gerit graue vulnus Adonis.

In femore: at caſu Venus exanimata recenti)
Imo in corde magis graue vulnus ſentit amantis
Interitu. circa puerum lugubre per agros
Nequicquam luxere canes. nymphæque virentum
Cuſtodes nemorum ſyluis fleuere ſub altis.
Atque ſoluta comas dea Cypria ſaltibus errat,
Nécnon nuda pedes, & candida crura: rubi quam
Horrentes ſæpe affligunt, ſacrúmque cruorem
Eliciunt membris. ſublata at voce vagatur
Per valles magno Aſſyrium clamore maritum
Perquirens, puerúmque vocans. ipſius & ater
Circa orbem medium ventris cruor erumpebat:
Atque cruentabat nudatum pectus ab imis
Inguinibus. Latera alba prius coſtǽque colorem
Migrarunt in purpureum ſuperante cruore.
Alma Venus puerum formoſum amiſit, & vnà
Amiſit ſolitam formam. nam dum puer auras
Carperet has cœli liquidas dilectus Adonis,
Ore erat egregio Cypris: ſed amante perempto,
Forma deæ in celeres ventos, velut aura, receſſit.
Heu rigidæ quercus terrarúmque ardua dicunt,
Ah puer infelix: vicináque flumina luctum
Ingentem Veneris deflent: fontes & Adonim
Extinctum pariter lugent. Venus alma per vrbem
Et per frondoſos Arabum canit anxia colles,
Flebiliter recolens pueri graue vulnus amati.
Ah Cytherea, tuus periit formoſus Adonis.
Ipſa Echo reſonat, Periit formoſus Adonis.
Arſinoæ dirum quis non defleuit amorem?
Vt verò vidit diua immedicabile vulnus,
Nécnon ſanguineos rores putreſcere, ſic eſt
Queſta ſuos tollens ſupera ad conuexa lacertos,
O puer, ô miſerande mane: dum tete ego viuum
Inueniam, amplectárque ſimul: miſceréque poſſim

Labra tuis mea labra: parum expergiſcere Adoni:
Oſcula dáque, tuo viuunt ea donec in ore.
Inque meum fluet os nécnon iecur igneus ille
Spiritus, atque vigor animæ vitalis: amorémque
Hauriam Adoni tuum: ſeruabóque hæc tua ſemper
Oſcula, tanquam ipſum: quando tu me fugis eheu
Infelix, longéque fugam moliris, & vmbras,
Et regem petis vmbrarum pietate carentem.
Inuiſa hac ego luce fruor, & ſum Dea: nec te
Poſſe ſequi miſeræ fata, inuida fata dederunt.
Túque inferna meum puerũ Iuno accipe. namque es
Me magis ipſa potens: & quicquid corpore pulchro
Ipſa parens natura creat, deuoluitur ad te,
Ad Stygiúmque Iouem. ſed acerbo oppreſſa dolore
Sum Venus infelix: nec magno hoc ſoluere luctu
Me poſſum: quia iam letho eſt conſumptus Adonis.
Permetuo te Perſephone. ſic ô puer, olim
Et noſtri deſiderium & mea ſola voluptas,
Sic moreris? ſed amor abiit, ceu ſomnus, in auras:
Ipſa Erycina ſuo languet viduata marito,
Et viduata cohors tenerorum mœret Amorum.
  Aſt ceſtus tecum periit. Quid per iuga montis
Venando, vitam, vel per nemora alta trahebas,
Quum ſuperis æquanda foret tua forma decórque?
Cúrve feris iaculo trucibus te opponere es auſus?
  Sic nati flebant vnà cum matre Dione,
  Veh Veneri: interiit ſyluis formoſus Adonis.
Heu quantum effudit lacrymarum Cypria, tantum
Sanguinis ingenti de vulnere fluxit Adonis.
Vertuntur verò in varios circum omnia flores.
Namque roſam cruor emiſit, lacrymæque papauer.
  Heu queritur Venus ipſa, Obiit formoſus Adonis,
  O Erycina, virum ſyluis ne quære ſub altis
Amplius: ipſe toro iacet exanimatus Adonis

Inſtructo, lectúmque tuum tenet: & licet ille
Sit caſſus luce ætherea,& vitalibus auris,
Pulcher at ille tamen,ſomno ceu preſſus ab alto.
Tu poſito tua membra loca Cytherea cubili,
Quod picturato percurrit murice limbus,
Atque oſtro intertexta tegunt velamina & auro:
In quo per noctem tecum ducebat amator
Felices olim ſomnos: & Adonida quære.
Cúmque viro flores rutilos tu proiice. nam quum
Occubuit puer ille tuus,traxere repentè
Languentem ſyluis flores hortíſque colorem.
Vnge & odorato miſerandum corpus amomo
Et myrrha. Iacet ille tener in veſtibus aureis
Et Tyriis: circáque virum renouantur Amorum
...um gemitu inſani luctus. Hic fortè ſagittas,
Ille arcum pedibus calcat: trahit ille pharetram
Alatam , atque alius ſqualenti è crure cothurnos
Diripit accelerans: aliúſque lebetibus aureis
Fert mœſtus tepidos latices, aliúſque cruore
Abluit aſperſum femur: atque alius fouet alis
A tergo puerum geminis, circúmque iacentem
Flamina lenta facit. magna dehinc voce Dionem
Deflent Extinxítque faces Hymenæus in ipſo
Limine, diſſoluítque animo indignante coronam.
Heu ſolitum carmen modulari (quum noua nupta
Ducitur ad chari ſublimia tecta mariti)
Amplius haud cantat per compita læta iuuentus,
Lugubri ſed voce heu heu canit,ô Hymenæe.
Et Charites deflent Cinyra Myrrháque creatum,
Inque vicem referunt,Periit formoſus Adonis.
Sublimi ſed voce magis quàm tu Venus alma,
Tergeminæ hunc Parcæ deflent : ſuperas & ad auras
Hunc dulci cantu reuocant. ſed carmen Adonis
Non audit,nec ſæua ſinit Proſerpina ſedes.

Linquere tartareas illum. Tu Cypria finem
Spargere tot riuos lacrymarum impone: ſimúlque
Ne poſthac adeas conuiuia. namque neceſſe eſt
Te lacrymas alium diffundere rurſus in annum.

IDYLLIVM II,

Henr. Stephano interprete.

Avceps fortè puer dum venaretur opaca
In ſylua volucres, infelix omen; Amorem
Fronde ſuper buxi cernit pallente ſedentem.
Tunc ergo exultans, magna velut alite viſa,
Continuo viſcum calamóſque recolligit omnes,
Atque dolos varios volitanti tendit Amori.
Sed tandem incaſſum mœrens cecidiſſe laborem,
Ad vetulum, abiectis calamis, accedit arantem,
Vſus ea fuerat quo nuper in arte magiſtro:
Ordine rem narrat, ſuper arbore monſtrat Amorem.
Ille, caput quaſſans, ridétque & talibus infit,
Parce puer prædæ huic, procul hac abſiſte volucri.
Peſtiferum eſt animal: tu térque quaterque beatus,
Dum non hoc capies: verùm ſiquando viriles
Attigeris annos, qui nunc huc, nunc volat illuc
Te fugitans, aderit tunc improuiſus, cúmque
Impoſitis cernes pedibus tibi colla prementem.

IDEM IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

Svb lucem captans nemoroſa in valle volucres
Thyrſis, adhuc puer, inuiſum conſpexit Amorem

In viridis buxi ramo frondente ſedentem.
Eſt tunc lætitia perfuſus: namque auis illi
Magna videbatur, nemorum nec viſa per vmbras
Amplius: & calamos aptans huc ille volantem
Per nemus atque illuc vigil obſeruabat Amorem.
Deuictúſque dolore, ſui quia nulla laboris
Meta erat, abiectis calamis properabat ad ipſum
Agricolam, ſub quo volucres captare magiſtro
Nouerat, atque rei ſeriem memorabat inanem:
Et poſitum viridi ramo monſtrauit Amorem.
Tunc quaſſans caput & ridens ſic inquit arator,
Parce ſequi puer hanc prædã, & fuge: bellua ſæua eſt,
Quam ſpectas: & eris felix ſi retia ſyluis
Tenſa leges, volucréſque alias captare parabis.
Aſt ætas te læta virum pubentibus annis
Quum faciet, nunc qui nemoris ſubteruolat vmbras,
Et fugit, in capite ille tuo tunc ſponte ſedebit.

IDYLLIVM III.

Henr. Stephano interprete.

Aſtitit alma Venus placidam dum carpo quietem,
Quæ pulchra tenerum dextra ducebat Amorem,
Fixum in terram oculos: & compellauit amicè,
Chare bubulce, precor, modulari carmina noſter
Ex te diſcat Amor. Nec plura loquuta, receſſit.
Mox, paſtorali quicquid meditabar auena,
Demens, vt cupidum diſcẽdi, illum omne docebam.
Panis obliqua vt ſit, ſit tibia recta Mineruæ,
Mercurii chelys innuentum, citharæ autor Apollo.
Hæc illum doceo: ſed negligit ille magiſtrum;

Et contrà ipſe ſuos ignes argutat,amores
Méque deûm docet atque hominum, maternáqne furta.
Sic mihi ſunt oblita illum quæcunque docebam,
At didici quæ me præcepta docebat amoris.

IDEM IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

Somnus adhuc prima Phœbi me luce premebat
Sopitum,quum magna mihi Venus aſtitit ipſam
Sub lucem: ſecúmque manu ducebat Amorem,
Spectantem tellurem oculis,vultúmque pudore
Suffuſum. mox hæc inquit, Cape paſtor Amorem
Hunc ex me genitum : quem tu mihi chare docebis
Et canere,& calamos teneris percurrere labris.
Dixit, & in tenues ſubitò ſe ſuſtulit auras.
Ipſe autem,tenui ſtipula quæcunque canebam,
Hunc puerum,veluti cupientem diſcere,ſemper
Decedente die, ſemper ſurgente docebam,
Vt citharam Phœbus,calamos inuenerit vt Pan,
Mercuriúſque chelyn: vt ſit caua tibia magnæ
Palladis inuentum. Narrabam hæc ſtultus : at ille
Curabat mea verba nihil: ſed prima canebat
Furta deûm,& varios caſus memorabat amantum.
Aſt oblita mihi nunc ſunt quæcunque docebam
Dilectum Veneri natum: quoſcunque at amores
Me docuit puer ille hominúmq; deûmque recordor.

IDYLLIVM IIII,

Henr. Stephano interprete.

AVT ſæuum metuunt aut amplexantur Amorem
Ex animo, illiúſque legunt veſtigia Muſæ.
Nam quicunque canit, dulcis contemptor Amoris,
Illum auerſantur, dedignantúrque docere:
Sin quis Amore animum perculſus, mollia cantet,
Vno concurrunt ad eum tunc agmine cunctæ.
Omnibus hæc noſtro exemplo teſtata relinquam.
Namque ego ſiquem alium celebrare hominúmve deûmve
Aggrediar, tunc balba mihi fit lingua repentè,
Nec iam ſuccurrunt mihi verba aſſueta, modíque:
De Lycida ſin quid nos rurſum & amore canamus,
Tunc verò è noſtro vox dulcis profluit ore.

IDEM. IDYLLIVM,

Laur. Gambara interprete.

Aonides, magni proles Iouis inclyta, Muſæ,
Crudelem quanuis puerum, quem candida Cypris
Has in vitales effudit luminis oras,
Non exhorreſcunt: ſed amant, puerúmq; ſequuntur
Ex animo. at vates quem non noua flamma perurit,
Aut fouet antiquam, magni ſi fortè labores
Herculis, aut deuicta canat Priameia regna,
Hunc ſubitò fugiunt, atque hunc accedere ad vndas
Permeſſi prohibent, aut labra immergere lymphis:
Si verò vati dulces Amor acer amanti

Oſſibus

Oſſibus implicuit flammas, tunc ille ſororum
Caſtalidum auxilio fretus diffundit ad auras
Aerias dignos Muſis & Apolline cantus.
Teſtis ego his dudum cantu notiſſimus oris.
Nam ſi fortè viros celebrem heroáſve canendo,
Rauca canit mea lingua: nec vt priùs illa Napæas
Paſtoréſve tenet cantu, ſed frigida fractas
Emittit nemorum vicina per auia voces:
At ſi fortè cano Teleſillæ aut Pytios ignes,
E noſtro tunc ore fluit memorabile carmen,
Et me circumſtant admirantúrque canentem
Syluani, Dryadéſque deæ, pecudúmque magiſtri.

IDYLLIVM V,

Henr. Stephano interprete.

Scita quidem mea ſunt ſi carmina, ſat mihi laudis
Sola vel illa ferent quæ iam dedit antea Muſa:
Sin minimè placeant, quid me amplius hiſce fatigē?
Humanæ nam ſi geminaſſet tempora vitæ
Iuppiter, aut verſans variè mortalia Parca,
Hæc in lætitia peragenda, laboribus illa:
Quiſque fatigatus, pòſt carpere dulcia poſſet.
At quum vitæ vnum ſuperi dent tempus, & illud
Præcipuè ipſi homini ſpatiis breuioribus arctent,
Quem tandem miſeri volumus noſtro eſſe labori
AErumníſq; modum? vel quò mentē vſque iuuabit
Artibus atque aliis aliiſque intendere lucris,
Dum nos vrget opum nunquam ſatiata cupido?
Proh ſumùs obliti, nos conditione creatos
Mortali, noſtræque fugacia tempora vitæ.

IDEM IDYLLIV. M,

Laur. Gambara interprete.

Ipse ego ſi condam felicia carmina, quæ iam
Fata dedêre mihi, tollent ea nomen ad alta
Aſtra meum: ſed erunt ſi fortè ingrata Camœnis,
Et Phœbo, quid opus tantos perferre labores
Eſt nobis? nam ſi rerum ſator ipſe dediſſet,
Aut fatum, vitæ duplicatum tempus, vt illud
Conceſſum foret & ſtudiis multóque labori,
Atque hoc lætitiæ, ſpes nos tunc certa maneret,
Poſſe frui ſine fine bonis, meritóſque laborum
Carpere noſtrorum fructus. verùm quia tantùm
Dii dederunt vitæ tempus mortalibus vnum,
Exiguum, quis erit finis certúſque laborum
Terminus? ad varias animum conuertimus artes,
Diuitiáſque ſimul ſequimur componere. certum eſt
Nos eſſe oblitos mortali è ſemine natos,
Et breue ſortitos fatorum ex ordine tempus.

IDYLLIVM VI,

Henr. Stephano interprete.

CLEODEMVS ET MYRSON.

Qvid veris volupe eſt autũni aut tẽpore, Myrſõ?
Quid volupe æſtatis vel quid tibi tempore brumæ?
Cuius & aduentum votis maioribus optas?
Optatúrne æſtas, noſtros quia perficit æſtas,

Maturat noſtros lætos reddítque labores?
Autumnúſne? fami facilè quum quiſque medetur?
An tibi hyems optatur iners? quo tempore multi
Ante focum ceſſant, pigráque quiete fruuntur?
Gratius éſtne iſtis ver pulchrum? dic tibi quid mens
Optet: ſermonem concedunt otia talem.
M. Diuûm opera haud par eſt humano examine pendi:
Et pariter ſacra ſunt hæc quattuor, & mihi grata.
Scire tamen quoniam cupis hoc Cleodeme, fatebor
Quódnam plus nobis placeat quàm cætera tempus.
Aeſtatem nolo, radiis tunc ſolis aduror:
Haud cupio autumnũ: nã ob fructus morbifer ille eſt.
Formido triſtes hyemis glaciéſque niuéſque:
Durare annum ver cuperem peramabile totum:
Tum neque nos frigus, nec ſolis nos grauat ardor,
Omnia tunc fœtu vel germine læta recenti,
Ipſa dies etiam ſpatium tunc noctis adæquat.

IDEM IDYLLIUM,

Laur. Gambara interprete.

VERNE tibi, vel hyems, aut æſtas, an autumnus
O Myrſon, cordi eſt? tu dic mihi, Quid magis optas?
An priùs æſtatem? quum debita ſacra coloni
Legiferæ faciunt Cereri, frugúmque ſuarum
Proſpectant cumulos, atque horrea plena laborum?
An placet autumnus? quum proles ruſtica curat
Solari non glande famem, non tollere largo
Fonte ſitim. nam tunc variis exuberat arbos
Fructibus, atque nouo redolet vindemia Baccho.
Ignauam cupis ánne hyemem? clauſúſque paternis

Sedibus, ob gelidi penetralia frigora cœli,
Ante focum, partóque frui, & conuiuia læta
Ducere, & hybernos agere alta per otia ſoles?
Anne iuuant te nunc hæc florea tempora veris?
Da mihi quóque ferat te nunc tua certa cupido.

Myrſon.

Quum ſint (vt referunt vates) hæc quattuor anni
Tempora ab æterni manibus diſtincta parentis,
Numinibúſque dicata ſuis, & cognita ſacris,
Iudicium non ferre licet mortalibus vllum.
Sed dicam Cleodeme tibi, quæ gratior anni
Pars mihi ſit vel chara magis. Mihi diſplicet æſtas,
Quæ me, ſi breuis hora tenet ſub ſole, coquit me
Sol ſubitò, atque æſtu vires & membra fatigat.
Eſt pater Autumnus non gratus: namque recentes
Diuerſa effundunt morborum ſemina fructus.
Horreſco glacialem hyemem, & reſonantia cœli
Murmura perflātéſque notos: pluuiáſque niuéſque
Non poſſum, Cleodeme, pati. Sed purpureum ver
Térque quatérque mihi charum eſt: vtinámq; rubēti
Floreret vere æternùm Sicania tellus:
Quando non æſtus grauis eſt, ſceleratáque brumæ
Tempora, præcipuéque nocens autumnus: at æther
Purior, & volucrum reſonant auiaria cantu:
Et paſſim veſtit ſe verſicoloribus arbos
Floribus, & viridante coma: fœcundáque tellus
Effundit varios è iacto ſemine fœtus,
Et læti carpunt ſyluis noua pabula tauri:
AEqualiſque dies ſomno eſt: vmbræque virentes
Inuitant dulcem captare in valle ſoporem.
Omnipotens pater æthereas quum conderet oras,
(Iudice me) & molem hanc mundi, pecudéſque, vi-
Ver erat, & dulces ſpirabant leniter auræ, [róſque,
Et paſſim florebat humus beneolentibus herbis.

IDYLLIUM VII,

Interprete Laurentio Gambara.

MYRSON, LYCIDAS.

DVM virides herbas depaſta armenta ſoporem
Strata ſub arboribus carpunt, & luce ſua ſol
Iam medium liquidi ſpatium conſcendit olympi,
Et pulſata terit maturas area meſſes,
Víſne aliquod canere, ô Lycida, Siculũ mihi carmẽ,
Quod teneat paſtorum aures, nemorúmque puellas?
Quale ferus pelagi nymphæ Polyphemus amore
Incenſus cecinit Neptuni ad littora patris.
L. Hæc ſemper mihi Muſa fuit gratiſſima: ſed quid
Ipſe canã? Myr. Cane Peliden tecta alta tenentem
Scyria, & incauti natæ Lycomedis amores,
Et ſimul AEacidæ, furtiuáque fœdera lecti,
Amplexúſque datos, atque oſcula rapta: quibúſve
Veſtibus induerit ſeſe formoſus Achilles:
Quóque modo Thetis ipſa parẽs, quũ duxit ad ædes
Regales puerum, pulcherrima Deidamia
Tali incedentem ficto haud cognouit amictu.
L. Poſtquam frondoſa paſtor formauerat Ida
Dardanius claſſem infauſtam, deuenit ad oras
Argolicas, rapuítque Helenam, & perduxit ad Idam,
Exitium pariter Troiæ, nymphǽque dolorem
OEnonæ, comitem thalamíque toríque iugalis.
Tunc ira eſt accenſa graui Lacedæmon, & arma
Sumpſit, in arma vocans cum Graiis vrbibus vrbes
Vicinas, venítque Agamemnon ductor Achiuũm:
Elei venêre duces, venêre Lacones,
Tydidéſque ferox, & fallere doctus Vlyſſes:
Ipſe aderat prædæ coniux Menelaus abactæ:

Dehinc omnes patriam proceres liquêre Pelaſgi:
Et Spartam petiêre, fidem promiſſaque regi
Seruarunt ſubitò vnanimes. ſed fortis Achilles
Non aderat, qui ſe dudum Lycomedis in aula,
Nerinæ matris metuens mandata, latebat.
Hic vbi virgineos habitus mentitus & ora,
Circumducta colo Mileſia penſa trahebat,
Filáque formabat manibus deducta viciſſim,
In gyrum torquens vnà cum vellere fuſum,
Pro clypeo atque haſta, vel equo, currúve ſonanti.
Ipſa videbatur forma faciéque ſorores
Inſigni ſuperare ſuas, & corpore molli:
Purpureúſque genis flos, & decus ore rubebat.
Par illis inceſſus erat: niueóque tegebat
Tegmine cæſariem intonſam: Martiſque gerebat
Ingentes animos puerili in pectore. at illum
Vrebat furtiuus amor: & Deidamiam
Ille idem vrebat Phœbææ lucis ab ortu,
Nécnon occaſu: modò quæ malè ſana fouebat
Formoſum AEacidæ corpus: nunc oſcula amantis
Mille dabat manibus Pelidæ: & ſaucia totis
Artubus occultum ſub pectore vulnus alebat.
Interdum lacrymis perfuſa atque ora pudore
Virgineo, niueóſque artus laudabat Achillis.
Ille autem ardenti ſtudio quærebat vt vnà
Optatos poſſet chara cum coniuge ſomnos
Ducere: & hæc animo recolens affatur amantem.
Hæ noſtræ quæ ſunt æquali ætate ſorores,
Binæ ineunt dulcem thalamis de more ſoporem:
Aſt ego ſola cubo: nécnon & tu quoque dormis
O virgo, ſola, ante alias mihi grata ſorores:
Et nos vnanimes hæc ſerua excludit iniqua,
Obiicibus veluti oppoſitis.

EIVSDEM.

Quum iuuenis magno premerētur mēbra dolore,
Illius inuaſit mentem ſtupor,oráque & artus:
Quærebátque artes medicas adhibere cruentum
Ad vulnus, quod vitali ſucco Panaceæ
Fouit,& Ambroſiæ pariter. ſed non habet vllam
Vim contra Parcas herbarum magna poteſtas.

EIVSDEM.

Felices qui amant, quando pars vtraque amanti
Reſpondet paribus curis,atque æquat amorem.
Pirithoo fuit AEgides comitante beatus,
Deſcendit licet ad regem implacabilis Orci.
Et fuit immites populos apud acer Oreſtes
Ter felix,quoniam Strophio generatus Achæo
Infrænes illum ad muros non liquit euntem.
Et felix fuit AEacides viuente Patroclo.
Et felix fuit ille: necem namque vltus amici eſt
Actoridis magnus Teucrorum terror Achilles.

EIVSDEM.

Conſulere artificem, vel opem depoſcere in omni
Re, decet haud quenquam. tu cera iunge cicutas:
Nam res eſt facilis, nec eget multo illa labore.

EIVSDEM.

Pieridas vocet acer Amor,chorus omnis Amorē
Sublimem portent humeris: mihi dulcia ſemper
Carmina concedant cupienti & læta Camœnæ.
Nam mihi res nec grata magis,nec dulcior vlla eſt.

EIVSDEM.

Gutta, licet tenuis ſit aquæ, & molliſſima tactu,
De lapſu tamen illa ſuo cauat aſpera ſaxa.

EIVSDEM.

Sicanium ad littus pergam, qua ſemita ducit
Ad mare, quáque meas cingũt nemora ardua valles,
Crudelíque canens Galateæ in littore fundam
Mille preces: nec ſpes vllo me tempore dulces
Deſtituent: licet & tremulum caput induat albam
Caniciem: & vires premat incuruata ſenectus.

EIVSDEM.

O Lycida, magno non me ſine honore relinquas:
Nãque mihi pretium exhibuit pro carmine Phœbus,
Atque facit res maiores honor ipſe, fouétque.

EIVSDEM.

Fœminei decus eſt generis forma ipſa: virûmque
Eſt animus præſtans, magnóque in corpore robur.

HENRICVS STEPHANVS

LECTORI S. D.

Idylliorum ſequentium Moſchi & Bionis, ſanequàm elegantium, aliam interpretationem, quæ eſt Eobani Heſſi, *ideo libuit ſubiungere, quòd vnius cum altera collatio iis qui & poetices ſtudioſi ſunt, & ſe in huiuſmodi labore exercere volunt, delectationem pariter & vtilitatem afferre poſſet: præſertim quum diuerſum hoc ſit à præcedenti interpretandi genus: & lector in Laurentio Gambara paraphraſticæ & valdè liberæ interpretationis, in* Eobano *aliquantum adſtrictæ exemplar habeat: ſic tamen vt nonnulla neceſſaria etiam, quæ ille prætermiſit, apud hunc inuenire queat. Cuius prætermiſſionis exemplum eſt in interpretatione horum verſuum idyllii quod Megara inſcriptum eſt.*

Ἴστω γὰρ κούρη τε καὶ εὐέανος Δημήτηρ,
(Ἃς κε μέγα βλαφθείς τις ἑκὼν ἐπίορκον ὀμόσσῃ
Δυσμενέων) μηδέν σε χερειότερον φρεσὶν ᾗσι
Στέργειν ἢ εἴπερ μοι ὑπαὶ ἐκ νηδύοφιν ἦλθες,
Καί μοι τηλυγέτη ἐνὶ δώμασι παρθένος ἦσθα.

Ita enim Gambara,

Et ſciat hoc dea Perſephone, velata Ceréſque
Tempora (quas ſiquis periurus fallat, acerbas
Dat pœnas) quòd chara velut mihi nata fuiſti,
Et domibus tanquam noſtris educta paternis.

At verò Eobanus ita,

Numina Perſephones Acheruſia teſtor, & ipſam

Spiciferis Cererem redimitam tempora ſertis:
(Quas prudens aliquis noſtris ex hoſtibus optem
Peieret, vt magno luat hæc periuria damno)
Non minus eſſe mihi charam, nec peius amari
Quàm ſi te proprio peperiſſem ſanguine, quàm ſi
Sola domi ſuperes atque vnica filia noſtræ.

In hac enim interpretatione genitiuus δυσμενέων *prætermiſſus non eſt, ſicut in illa: qui genitiuus ab illo neglectus fecit vt non animaduerterit eſſe imprecationem, ſicut alia multa poetas hoſtibus imprecari videmus.*

Sed ecce, quiddam hoc de loco (quem tamen vt teſtem duntaxat eius quod à me dictum erat produxeram) mihi ſubitò in mentem venit, quod non ſolùm hoſce duos interpretes, ſed alios etiã omnes, fortaſſe autẽ & quotquot vnquam locum hunc legerunt, latuit: & tamen eiuſmodi eſt vt non alia eſſe videatur ſeſe hoc ex loco expediendi via. Quomodo enim fieri poſſet vt aoriſtus βλαφθεὶς *vſum futuri* βλαφθησόμενος *præſtaret, etiãſi particula* κε *illi iungeretur? At ſi* βλαφθεὶς *exponatur Mẽte læſus, id eſt Inſania captus, vel Furore captus, imprecationi aptiſſima ſignificatio hæc erit: atque adeo acrior multo erit ipſa imprecatio: hoc ſenſu, Quas vtinam aliquis ex noſtris hoſtibus [vel inimicis] magno furore correptus peieret. Dico autem Magno furore correptus, vt interpreter* μέγα *unà cum* βλαφθεὶς. *Sed quid facit ut de hac uerbi* βλάπτεσθαι *ſignificatione cogitare audeam? Faciunt compoſita* βλαψίφρων *&* φρενοβλαβής*: à quo poſteriore eſt etiam* φρενοβλάβεια. *Viſum eſt autem & tertiam huius loci interpretationẽ (quæ mea eſt) uerſum uerſu & penè uerbum uerbo reddentem, adſcribere,*

Nam tibi Perſephonen, Cererẽ tibi teſtor (earum
Peieret vt numẽ, tantus furor occupet hoſtem)
Pectora non leuiore tui mea amore teneri,
Ex vtero quàm ſi tu noſtro egreſſa fuiſſes,

Et poſſem te vna ſi me iactare parentem.

Sed quum illa quæ incluſa ſunt parentheſi, ſint optãtis, rectius ὀμόσαι legeretur.

Monendus autem es, Eobanũ hæc idyllia non partim ſub Moſchi, partim ſub Bionis nomine interpretatũ eſſe, ſed ſub nomine Theocriti, quòd in ſuperioris tẽporis editionibus, illius idylliis immixta & illi adſcripta eſſent.

Vale.

MOSCHI IDYL. II,

EVROPA,

Interprete Eobano Heſſo.

EVropæ placidum quondam per membra ſoporem
Immiſit Venus,& nocturno dulcia viſu
Somnia non vanis dedit apparere figuris.
Tempus erat, iam ſydereæ pars tertia noctis
Tranſierat, propè erat roſeis aurora quadrigis:
Tempore quo mollis gratiſſima munera ſomni
Irrepunt, vinclíſque ligant prædulcibus artus,
Veráque per cunctas paſcuntur ſomnia terras.
Excelſa placidam carpebat in arce quietem
Virginitatis adhuc vernans in flore pudicæ
Filia Phœnicis, formoſa Europa, ſuperbi,
Talia quum tacita ſub nocte inſomnia vidit.
Fortè duas terras, Aſiam, quǽque obtinet oram
Littoris oppoſiti, pro ſe certare putabat:
Vtraque fœminei præſtabat imagine cultus.
Ex his plus Aſia eſt contendere viſa, puellam
Eſſe ſuam, ſe vitales ediſſe ſub auras,
Se genitam, ſibi præſentes aluiſſe ſub annos:
Altera præualidis manibus tractabat,& ipſam
Non tamen inuitam rapiens, fatalia dixit
Iſta dari Iouis arbitrio ſibi præmia magni
Europen. placida quum nox excuſſa quiete eſt,
Deſiluit thalamis (vt erat conterrita) pulchris,
Et ſtupefacta nouis animum per talia monſtris
Viſa, diu tacitè ſedit, manibúſque quietis
Sicut adhuc oculis geminas aſſiſtere coràm

Matronas cupido contendere cerneret auſu:
Tandem hæc attonita, ſibi reddita, voce loquuta eſt,
Quis ſuperûm noua monſtra, quis hæc mihi ſomnia miſit?
Corpora quæ grata requie defeſſa fouemi
Mollibus in lectis, thalamíque cubilibus alti,
Tam certis vacuum venere per aera pennis?
Quænam viſa mihi dulcis ſub imagine ſomni
Hoſpes erat mulier? quàm me ſuccendit amore
Illa ſui! quàm me vultu ſuſcepit amico,
Agnouítque ſuam ceu quæ peperiſſet & ipſam!
Sed tamen iſta bono faciles mihi ſomnia diuos
Teſtor vt eueniant. Hæc illa loquuta, requirit
Protinus æquales genere atque ætate puellas,
Dilectáſque ſibi ſocias, quibus ipſa ſolebat
Colluſiſſe, choros ſiquando aut feſta parabat
Gaudia, ſiue vndis liquidi laueretur Anauri,
Aut varios legeret per prata nitentia flores.
Atque illi ſociæ mox apparere puellæ
Incipiunt, calathos implendos floribus omnes
Geſtantes manibus niueis, & prata petentes
Proxima littoribus, quò ſæpe venire ſuetæ
Quærebant roſeis grata oblectamina campis,
Curuáque ſpectabant ferientes littora fluctus.
Quas inter calathum de vimine textilis auri
Ipſa tulit, pulchrum, Vulcania dona, laborem,
Quem Libyæ dedit ignipotẽs, quo tempore primùm
Neptuni intrauit thalamos: hæc Telephaeſſæ,
Sanguine coniunctæ ſibi: Telephaeſſa pudicæ
Mater Agenoridi tantum dedit inclyta donum,
Munera Dædaliam multum ſpectanda per artem.
Illic artifici deſculpta erat Inachis auro,
Ipſa bouem referens, & adhuc mugitibus Io
Apta, ſed ingenium retinens animúmque puellæ,

Triſte videbatur rapido pede nare per æquor.
Cæruleum namque ignipotens deſculpſerat æquor:
E regione viri ſtabant duo littore in alto,
Mirantes liquida arua bouem tranſire natantem.
Verùm illic inerat quoque Iuppiter, ille iuuencam
Leniter attrectans manibus cœleſtibus, illi
Blandus erat: tandémque exutam cornibus Io
Ad vaga delatam ſeptemplicis oſtia Nili
Priſtina reſtituit formoſæ in membra puellæ.
Stabat enim referens argentea cornua Nilus.
AErea vacca fuit, cælatum Iuppiter aurum
Extrema circùm calathi rutilantis in ora
Sculpſerat, idem opifex Ioue natũ & Pleiade Maia,
Quem propè ſicut erat virga confectus & Harpe,
Lumina perpetuo, quondam intentiſſima, ſomno
Fractus in æquorea iacuit vigil Argus arena:
Cuius ab effuſo quæ ſanguine prodiit ales,
Florigeris varios pennis imitata colores
Stabat, & amplexu caudæ ceu naue tegebat
Extremas calathi pennis vmbrantibus oras.
Talem tum calathum ſpecioſa Europa ferebat.
Vt ſimul in campum variis venere virentem
Floribus, hîc alias aliæ cœpere parato
Vere voluptates. hyacinthum hæc legit odorum,
Iſta verecundo narciſſum flore comantem:
Hæc breuibus foliis ſerpylla virentia carpſit,
Multáque decliui naſcentia proxima terræ
Germina: molle crocum carpentes floris odori,
Gramina contundunt. quas inter regia virgo
It media incedens, & lilia ſumma roſarum
Demetit: (ignito veluti fulgore micantum
Qualis cincta choro Charitum Venus, omnibus vnà
Plus decet) illa quidem nec virginitatis honorem
Seruatura diu, nec lilia pulchra legendo

Indultura animo. nam viſa Iuppiter illa
Vulnera Cypriaca noua fixus arundine ſenſit.
Sola quidem Cytherea Iouem domat ipſa ſuperbū,
Qui nunc zelotypæ metuens Iunonis ab ira,
Et teneram captare volens in virgine mentem,
Eſſe deum celat, ſolitæque inſignia formæ
Ponit,& induitur ſpecioſi corpore tauri.
Non tamen haud qualis ſtabulis nutritur in altis,
Aut qualis domito trahit eſſeda grandia collo.
Hunc formæ melioris honor commendat:in omni eſt
Parte color flauus formoſi corporis: albam
AEquali ſpatio diſtantia cornua frontem
Ornabant: non magna quidem,ſed qualia lunæ
Dixeris,in medium quum ſe vaga contrahit orbem.
Talis vbi in prati viridantia paſcua venit,
Non torua timidas terrebat fronte puellas,
Sed magis allectos vultus probitate trahebat,
Nulláque non fieri propior cupiebat,& ipſum
Contrectare manu, cuius de corpore ſpirans
Immortalis odor fragrantia lilia prati
Vincebat. ſtetit ante pedes ab Agenore natæ,
Lambebátque manus & eburnea colla puellæ,
Decepítque animum non duræ virginis: ipſum
Illa tenens manibus ſenſim contrectat,& albam
Abſtergens labris ſpumam,ſimul oſcula iungit.
Ille ſonans blanda ſummugit voce:putaris
Mygdonis audiri quos reddit tibia cantus.
Iam verò ante pedes ſeſe inclinatus amator
Proiicit Europæ:ſimul hanc ceruice reflexa
Aſpicit,oſtentans lati molliſſima dorſi
Tergora:longicomas quum ſic affata puellas
Dicitur ipſa,Agite ô ſociæ,conſidere mecum
Quid prohibet tergo bouis huius amabilis? & iam,
Non ſecus ac nauem,placidiſſima terga reclinans,

Omnes accipiet vultu manſuetus,& ipſo
Blandus ab aſpectu,non iam ſimulantia tauri
Ora gerens aliis, & certè viuus in ipſo
Eſt animus,tantúmque humanæ vocis egebat.
Hæc effata,bouem ridens conſcendit,& alto
Inſiliit tergo,reliquas cunctatio præſens
Detinuit. prædam raptor mox taurus amatam
Conſtringebat agens,& proxima littora ſaltu
Contingens,rapido curſu peruenit in æquor.
At conuerſa retrò ſocias vocat ipſa puellas
Europe,tendítque manus:timor impedit illas,
Nec potuere ſequi iam marmora ſalſa tenentem,
Atque alios fluctus delphini more ſecantem.
Tum verò ex ima Nereides æquoris vnda
Grandia progreſſæ cetei̇a terga tenebant
Innantes: mare Neptunus tranquillat,ab vndis
Grandiſonum caput attollens, fratríque marinum
Sternit iter:circùm hunc madidi Tritones euntes,
Cærulei maris indigenæ,conchiſque ſonantes
Oblongis,pæana hymenæáque ſacra canebant.
Ipſa ſedens Iouis in tergo bouis,hac tenet vncum
Cornu,læua manus veſtes legit,vda plicatas
Ne riget vnda maris. nam quæ per longa pependit
Ex humeris, tremulo ſinuata eſt flamine veſtis,
Non ſecus ac leuibus volitantia vela carinis:
Sic vt & Europen quadamtenus ipſa leuaret.
Quæ poſtquam patriæ de littore longius oræ
Abfuit,& neque iam littus montéſve videntur,
Iámque nihil vacuum niſi deſuper aera cernit,
Præter aquas infrà vaſta feritate patentes,
Circùm proſpiciens timido ſic ore loquuta eſt,
Quò me taure rapis? quis eras? quibus artib⁹ vſus
Has potes ire vias,nullis hominúmve ferarúmve
Immenſas pedibus? neque te mare terret euntem,
Quum

Quum tantùm rapidæ ſuperent vada cærula naues,
Et tauros ſit fama vias metuiſſe marinas?
Vnde tibi dulcem potu mare proferet vndam?
Vnde cibum dabit? ánne aliquis, tu taure, deorum?
Quòd ſi es, cur indigna deis facis? at neque ſicci
Per terram delphines eunt, neque per mare tauri:
Tu verò & terra vadis, neque mergeris vnda
AEquoris: officium remorum ſuſtinet anceps
Vngula. quàm vereor ne mox & in aera ſummum
Sublatus volites, auiúmque ſimillimus alas
Aerias moueas! miſeram me ſcilicet, écquid
Ipſa domum linquens patriam, taurúmque ſequuta
Naue peregrinas tauro feror exul in oras?
At tu magne vagæ Neptune tridentifer vndæ,
Sis placidus, quem luminibus iam cernere veris
Ipſa mihi videor ſternentem paſſibus vndas
Lenibus æquoreas, curſúmque tridente regentem.
Non hæc abſque deo peragro freta cærula ponti,
Humentéſque vias pelagi. Sic illa loquuta
Conticuit, quam ſic affatus corniger eſt bos,
  Fide animo, ne virgo time quas aſpicis vndas
AEquoreas, ego ſum magni moderator olympi,
Quem nunc adſimilem tauro ſub imagine falſa
Ire vides, quoniam poſſum apparere figura
Qua volui, quandóque libet. tuus ardor amantem
Me trahit, & taurum tanti maris æquora iuſſit
Metiri: iam te Crete, quæ me quoque paruum
Nutriit, excipiet ſponſam Iouis: ipſa iugales
Creta tibi thalamos & ſacra hymenæa parabit.
Ipſa ex me paries clariſſima pignora, natos
Sceptrigeros, reges in maxima regna futuros.
  Dixit, & euenit quod dixerat. inclyta namque
Iam Creta apparet: quem poſtquam Iuppiter orbem
Attigit, hîc falſi deponit cornua tauri,

Fitque quod eſſe decet, ſoluentem virginis oram,
Atque pudicitiæ primum libantis honorem.
Huic lectum celeres ſternebant pluribus Horæ
Floribus. ipſa, priùs virgo, Ioue ſponſa marito
Prodiit, & facta eſt non vno pignore mater.

EIVSDEM MOSCHI ID. III, EPITAPHIVM BIONIS,

Interprete Eobano Heſſo.

TRISTIA lugentes ſuſpiria ducite ſyluæ,
Nunc mihi Sicelides, & amaræ Doridos vndæ
Flumina, nunc deflete peremptum morte Biona.
Nunc triſtes plantæ lacrymarum fundite guttas,
Nunc nemora & ſaltus miſeris vlulate querelis:
Triſtibus ô mœſti flores ſpirate corymbis,
Nunc lugubre roſæ rubeant, nunc triſte papauer,
Nunc hyacinthe ſonet tua littera, ſcilicet ai ai.
Non tamen hoc ſatis eſt ai ai: plus ergo loquatur,
Litteruláſque velis foliis inſcribere plures:
Occidit indigna confectus morte poeta.
Dicite Sicelides lugentes, dicite Muſæ.
Luſciniæ denſa foliorum in fronde querentes,
Fluminibus Siculis Arethuſæ dicite, fato
Interiiſſe Biona: mala quo morte perempto
Mortuus eſt & cantus & omnis Dorica Muſa,
Dicite Sicelides lugentes, dicite Muſæ.
Strymonii nunc flete ad aquas lugubria cygni,
Clangite flebilibus funebria carmina collis,
Qualem de veſtris labris dedit ipſe canorem,
Quale melos cecinit per ſtagna OEagria. nymphis
Dicite, Biſtoniiſque palàm narrate puellis,
Interiit fato crudeli Doric' Orpheus. Dic. Sic. &c.
Quem pecus omne cupit, quẽ grex deſiderat omnis,

Non canit amplius ille,ſub arboribus deſertis
Non ſedet amplius ille canens,ſed Ditis in aula
Immemores hymnos & longa obliuia cantat.
Nunc omnes muti ſcopuloſa cacumina montes,
Omnia nunc armenta tacent:taurique bouéſque
Errantes vlulant,nec dulcia gramina carpunt.
Dicite Sicelides lugentes,dicite Muſæ.
Ipſe tuam mortem flauus defleuit Apollo,
Ante diem ſublate Bion,te lumine caſſum
Et Satyri lugent,& nigra in veſte Priapi,
Longáque capripedes ducunt ſuſpiria Panes:
Per ſyluas etiam lugent te Naiades vdæ,
Omnis & in lacrymas conuerſa eſt vnda profuſas:
Ipſa vagans tacitis petroſa per auia luſtris
Mœſta dolet, quoniam tibi non reſpondeat,Echo,
Quòd ſileat,quòd non imitetur labra canentis
Amplius: ad cuius mortem ſunt protinus omnes
Arboribus fructus deiecti,floribus omnis
Interiit vigor,ipſe ouibus defecerat humor
Lactis,& aluea non aliquo iam melle fluebant,
Sed cera moriebantur lugubre ſub ipſa:
Extincto nec melle tuo, diuine poeta,
Promere mel aliud nobis vel habere neceſſe eſt.
Dicite Sicelides lugentes,dicite Muſæ.
Non tantum æquoreis Delphin lugebat in vndis,
Nec tãtum in ſcopulis queſta eſt philomela remotis,
Nec tantum aerios per montes fleuit hirundo,
Nec tantum Alcyone potuit ſenſiſſe dolorem,
Amiſſũ Ceyca ſuũ quo tẽpore flebat. Dicite Sic.&c.
Nec verò tantum glaucis in fluctibus olim
Cerylus ingemuit,nec tantum in vallibus curi
Memnona deflerunt volucres ad buſta volantes,
Quantum omnes lugent extincti fata Bionis.
Dicite Sicelides lugentes,dicite Muſæ.

Luſciniæ cantu ſuaues,atque omnis hirundo:
Ille canens olim quas oblectare ſolebat,
Quáſque loqui docuit denſa ſub fronde ſedentes
Mutua flebilibus diffundunt carmina linguis:
Et quibus ipſæ olim recinebant ſæpe columbæ,
Triſtia lugubri recinunt ſua murmura cantu:
Nos quoque triſte leui modulamur carmen auena.
Dicite Sicelides lugentes, dicitæ Muſæ.
Quis nunc, quis calamóſque leues ſyringáque dulcẽ
Inflabit, ter & amplius ô adamate poeta?
Ore quis audebit tales contingere cannas?
Namque tuum ſpirant & adhuc os, guttura flatum:
Ipſa tuis denſa ſub arundine vocibus Echo
Paſcitur,& cupidis mandit tua carmina labris:
Quæ nunc ipſa fero Pani, qui forſan & ipſe
Carminibus certare tuis vereatur & ori,
Ne tecum cantando ferat fortaſſe ſecundas.
Nunc etiam, quo te quondam oblectare ſolebas
Spectantem fluctus, in littoribúſque ſedentem
Flet Galatea melos. nec enim tu qualia Cyclops
(Hunc fugiebat enim)cantabas carmina,ſed te
Aſpiciens formoſa choros Galatea mouebat:
Nunc oblita maris deſerta in littore vaccas
Paſcit adhuc, quas tu quondam ſeruare ſolebas.
Dicite Sicelides lugentes,dicite Muſæ.
Omnia Muſarum demortua munera paſtor
Sunt tecum: periêre tenerrima baſia tecum
Cuncta puellarum latam per Doridos oram.
Impia nunc mœſti tua fata queruntur Amores
Ante ſepulcralem tumulum:te Cypris amauit
Plus quàm quæ charo dedit oſcula nuper Adonidi,
Illo quo iuuenem morientem contigit ore.
Hic tibi nunc fluuiorum ô vocaliſſime mœror,
Hic alter dolor ille tuos depaſcitur artus.

Interiit ſiquidem quondam diuinus Homerus,
Ipſius hoc os Calliopes tam dulce ſonánſque,
Quem tu flebilibus lacrymis & voce ſequutus,
Impia tam dulcis deploras funera nati,
Littora,& indigno impleſti maria omnia planctu.
Filius en alter tibi nunc defletur, & ægro
Illius ob mortem conſumeris oſſa dolore.
Muſarum ſiquidem biberant de fontibus ambo:
Pegaſidum latices de fontibus ille bibebat:
Sicelis huic cupidas fauces Arethuſa rigabat.
Ille malum cecinit Troiæ fatale Lacænam,
Et magnum Thetidis lacrymoſa ad Pergama natum,
Et cum forti Agamemnone flauicomum Menelaum:
Hic verò non bella aut triſtia facta canebat,
Sylueſtrem ſed Pana, boues in paſcua ducens,
Oblectabat amœno carmine,pauit & ipſos,
Componens tenui dulces ſyringas auena:
Formoſis docuit dare baſia grata puellis,
Inque ſinu Venerem & dulces nutribat Amores.
Dicite Sicelides lugentes,dicite Muſæ,
Omnes præclaris orbatæ ciuibus vrbes
Illuſtres fleuêre ſuos, ceu numina,ciues:
Te luget breuis ipſa ſuo plus Aſcra,poeta,
Carmina nec tantum Bœotidos aurea ſyluæ
Pindaricæ fleuêre lyræ,quantum tua lugent:
Alcæo plus ipſa ſuo te Leſbos ademptum
Luget, & ipſa ſuo plus Ceia mœnia vate,
Te plus Archilocho Paros ingemit, inclyta Sappho
Carminibus poſitis tua cantat adhuc Mitylene,
Carminibus quicunque valent & voce poetæ
Deplorant tua fata Bion, te funere merſum
Sicelides,decus ille Sami deplorat, at inter
Conſueuit quibus ille priùs ridere Cydonas,
Luminibus lacrymas Lycidas nunc fundit inanes:

Triopidum uerò te deſlet in urbe Philetas,
Teſtatúrque ſuos lugens ad Alenta dolores.
Ipſe Syracuſiæ tua fata Theocritus vrbi
Cōqueritur monſtrátque: ſed hæc ego mœſta doloris
Auſonici ſero officio tibi carmina ſoluo,
Qui non hoſpes in hæc paſtoria carmina veni,
Sed quæ diſcipulus didici tuus, atque Camœnas
Adſero ceu proprias Siculæ per Doridos oram:
Diuitias aliis, mihi carmina ſola relinquens.
 Dicite Sicelides lugentes, dicite Muſæ.
Heu mihi quòd maluæ virides & adhuc redolentes,
Atque apium viride, & quod totum floret anethum,
Sæpe reuiuiſcunt, & in annum deinde reuerſo
Sole renaſcuntur: nos magni, nóſque potentes,
Quum ſemel occidimus, quum primùm fata ſubimus,
Condimur in terram, atque intra caua buſta recluſi
Perpetuo durum dormimus tempore ſomnum.
Et tua clare Bion nunc molliter oſſa quieſcunt,
Perpetuóque tacens, terra ſepeliris in alta.
Batrachon at nymphis placuit ſupereſſe poetam,
Et ſemper cantare aliquid. quod ſcilicet illi
Haudquaquam inuideo: nam peſſima carmina cātat.
 Dicite Sicelides lugentes, dicite Muſæ.
Noxia crudeli tibi ſunt data pharmaca dextra
Clare Bion, certè tu dira venena bibiſti.
Quis tamen acceſsit quem non tua labra ſonoro
Mouerunt cantu? quis tam ferus ille? quis autem
Tam crudelis erat, qui vel tibi miſcuit? aut qui
Miſta dari iuſſit tibi pharmaca? nec ſit captus
Carminibus, miráque tui dulcedine cantus?
 Dicite Sicelides lugentes, dicite Muſæ.
Iuſtitiam ſed nemo poteſt euadere quiſquam.
Verùm ego nunc luctu afficior te propter acerbo,
Et lacrymas fundo. quòd ſi deſcendere poſſem

Viuus ad inferni Phlegethontia tartara Ditis,
Sicut & Iſmarius cithara venerabilis Orpheus,
Et Laertiades Troiæ populator Vlyſſes,
Sicut & Alcides quondam deſcendit: & ipſe
Fortè domum peterem Plutonis & alta ſilentum
Limina, vt inſpicerem nunquid pallentibus vmbris,
Et magno caneres & qualia carmina Diti
Audirem. ſed tu dominæ noua carmina Ditis
Bucolicum Siculúmq; melos cane, quod iuuet illam.
Illa quidem Siculis etiam conſueuerat olim
Ludere littoribus, patriæque in vallibus Aetnæ
Dorica virginea modulari carmina lingua.
Non ſine honore canes, non præmia nulla dabuntur:
Vt blandis citharæ modulanti cantibus Orphei
Reddidit Eurydicen, ſic te quoque fortè remittet
Montibus his diuine Bion. quòd ſi mihi Muſæ
Sint faciles, nihil addubitem quin protinus ipſam
Accedam, & blando Plutonem carmine tentem.

Septem uerſus, quos in huius Idyllii interpretatione habes alio literarum typographicarũ genere excuſos, ſunt expreſſi ex Græcis non Theocriti ſed Muſuri uerſibus: his uidelicet, quibus lacunam explere conatus eſt,

Πάντες ὅσοις καπυρὸν τελέθει στόμα βωκολιασταὶ
Ἐκ μοισῶν, σέο πότμον ἀνακλαίουσι θανόντος.
Κλαίει Σικελίδας τὸ Σάμου κλέος· ἐν δὲ Κύδωσιν,
Ὁ πρὶν μειδιόωντι σὺν ὄμματι φαιδρὸς ἰδέσθαι
Δάκρυα νῦν Λυκίδας κλαίων χέει. ἔν τε πολίταις
Τριοπίδαις ποταμῷ θρηνεῖ παρ' Ἄλεντι Φιλητᾶς.

EIVSDEM MOSCHI
Idyllium IIII,
MEGARA,
Interprete Eobano Heſſo.

QVID curis adeo te nunc mea mater acerbis
Affligis? magnóque animum mœrore dolentem
Conficis? & tua non vllus iam tempore longo
Inficit ora rubor, ſed vultu marcida palles?
Nempe malis premitur clariſſimus ille tuorum
Filius, & requiem non inuenit ærumnarum
Rege ſub ignauo, tanquam ſi fortè leonis
Seruiat imbelli generoſa ferocia ceruo.
Heu cur me tantis cœleſtia numina diuûm
Affecere malis? cur me genuere parentes
In tam viuacem crudelia fata futuram?
O ego non felix, quando non illa merentis
Inuenere viri thalamum mala, cuius honorem
Tam colui, quanti chariſſima lumina feci,
Quem quoque nũc animo venerórque colóq; fideli,
Quo neque viuentum quiſquam conteptior vnquam
Extiterit, neque qui tantos perferre labores,
Aut poterit tales inuicto pectore curas.
Infelix, qui quas vel ei dedit autor Apollo
Vel mala Parcarum, vel Erinnyos impia turba,
Occidit grauibus ſua pignora chara ſagittis,
Perditus atque furens animo per tota vagatus
Limina, cæde replens & cæſis omnia natis,
Quos oculis vidi ipſa meis à patre peremptos
Infelix. nam quiſquam alius non talia vidit,
Ne per viſa quidem tacitæ nocturna quietis;
Nec tamen auxilio me ſæpe vocantibus ipſis

Mater eram,nec erant vires mihi tale potentes.
Namque aderat fatale malum, vincíque negatum.
Paruula ceu verò volucris triſtatur,vbi illi
Implumes pereunt pulli,quos improbus anguis
Vepribus in denſis rapiens vorat ore cruento:
Quos ſupra querulum ſtridens volat anxia mater,
Nec tamen auxilii quicquam pereuntibus affert.
Nam pauet,& ſæuum propius timet ire draconem:
Sic ego quæ pariens ſum facta miſerrima mater,
Dilectos lugens quondam mea pignora natos,
Per mea non ſano currens pede tecta vagabar.
Atque vtinam triſti confixa ſub hepate dirum
Ipſa experta forem telum,natiſque peremptis
Mortua ſim ſimul ex illo confecta veneno.
Cynthia, fœmineis numen venerabile turbis,
Sic poterant chari tibi nos fleuiſſe parentes,
Plurimáque in manibus funebria dona ferentes,
Impoſuiſſe pyris æqualibus,oſſáque eodem
Mandaſſent tumulo,quacunque in parte ſepultis.
Nunc pueris fœcunda colunt hi mœnia Thebas,
Poſſeſſa Aonii perarantes pinguia campi,
Verùm ego Tiryntho ſterili Iunonis in vrbe,
Pluribus infelix cor fracta laboribus angor.
Nec varia fortuna modum mihi ſæua malorum,
Nec lacrymis requies nunquam ceſſantibus vlla eſt,
Quóque virum,videam vix temporis hora puſilli eſt,
AEdibus in noſtris etenim numeroſa laborum
Otia vertentes ,terráque maríque ſuperbis
Viribus affligit ſaxo vehementior omni,
Durior & ferro pectúſque animúmque ferocem:
Ac tu non aliter quàm ſi de flumine pleno
Stillet aquæ riuus,noctéſque diéſque profuſis
Fletibus indulges ,ſedenim nec qui mea præſens
Vulnera ſoletur quiſquam eſt affinis amicus.

Non etenim mecum nunc tecta domeſtica ſeruant:
Verùm omnes nemoroſa vltra prædiuitis Iſthmi
Regna colunt, nec adeſt quiſquam mihi cui mea curæ
Sint mala, qui placida ſoletur voce relictam:
Sola ego cunctarum ſum facta miſerrima matrum.
Sed quæ ſola meos potuit lenire dolores,
Et quadamtenus eſt animo leuis aura iacenti
Pyrrha ſoror, ſed & ipſa ſui nunc ægra mariti
Flet ſuper Iphiclo nato tibi & hoc quoque. nam te
Mortalique deóque viris peperiſſe putarim
Natos per totum miſeros magis omnibus orbem.
Hactenus illa quidē querulo ſermone profata eſt,
Et ſimul vndanti demiſit lumine guttas,
Plus pomis viridi lectis de fronde recentes,
Dum memor infelix natorum eſt atque parentum.
Haud aliter lacrymis humectans ora genáſque
Conſtitit Alcmene: & ſuſpiria triſtia ducens,
Sic affata nurum verbis prudentibus infit,
O nimis infelix aduerſo filia fato,
Quid venit in mentem res hæc tibi? triſtibus ambas
Quídve moues lacrymis, miſeros dum mēte labores
Enumeras memori, quos iam defleuimus olim?
Num ſatis hæc toleraſſe fuit, ſi ſola fuiſſent?
Nunc mala continuò creſcunt, nunc nulla dierum
Non aliquid noſtris lugubre doloribus addit,
Et luctus vehementer amans queat ille videri,
Qui noſtri ſtudeat titulos numerare doloris.
Fide animo: non hæc ſumus ex Ioue fata ſupremo
Sortitæ. ſedenim te fine carente laborum
Inuolui cumulo video mea filia: verùm
Ipſa tuo poſſum facilè ignouiſſe dolori,
Quum nulla inuitent ſatiatam gaudia mentem
Amplius, & nunc te ſuprà quàm credere poſſis
Lugeo, & ex animo miſeror, quia te quoque noſtri

Participem fieri voluit ſors improba fati,
Et quæ triſte grauant noſtrum caput ærumnarum.
Numina Perſephones Acheruſia teſtor, & ipſam
Spiciferis Cererem redimitam tempora ſertis,
(Quas prudens aliquis noſtris ex hoſtibus optem
Peieret, vt magno luat hæc periuria damno)
Non minus eſſe mihi charam, nec peius amari
Quàm ſi te proprio peperiſſem ſanguine, quàm ſi
Sola domi ſuperes, atque vnica filia noſtræ.
Quod te non dubiè meminiſſe fatebere: quare
Ne te, deliciæ noſtræ, dulcíſque voluptas,
Hac mihi neglectam tam dura ſorte querraris:
Non ſi vel grauiora fleam, vel largius atris
Pulchricomæ Niobes lacrymis. nec plurima lugens
In mala deiectum genitrix(vt nos quoque) natum,
Ex vlla penitus reprehendi parte meretur.
Ipſa quidem longos menſes bis quinque peregi,
Grande laboranti pondus ſub pectore geſtans.
Ipſam qui Stygii me penè ſubire coegit
Præualidas portas & ferrea limina Ditis,
Talia támque grauis tolerantem incommoda partus,
Nunc tamen externo mihi perditus ille ſub orbe,
Forſitan ad ſæui pergens certamina Martis,
In noua bella ruit: nec adhuc rationibus vllis
Auguror infelix num ſit rediturus, & ipſum
Exceptura ego ſim, vel an hoc quoque fata negarint.
Nunc quoque me terrent quæ triſtia ſomnia vidi
Nuper, quum placidæ demiſi membra quieti.
Quàm metuo ne triſte aliquid portendere nobis
Viſa horrenda velint. mihi enim ſub nocte ſilenti
Adſtitit attritum retinens vtraque ligonem,
Herculis inuicti virtus illa inclyta: tanquam
Agricola, aut magno conductus munere foſſor,
Ingentem viridi foſſam facturus in agro,

Nudus & inueſtis,nec amictus,vt antè,virili
Corpus erat tunica,neque craſſæ tegmine lenæ.
Poſtquam, ceu valido cui cincta eſt vinea vallo,
Impoſito totum confecit fine laborem,
Ferrato innitens excelſo pectore telo,
Iam ſumpturus erat,quos antè ſolebat,amictus,
Quum ſubitò emicuit rapidæ vis ignea flammæ
Pro magnæ tumulo cæcáque voragine foſſæ:
Iámque furens immenſus & inſedabilis ignis,
Ante ipſum iuxtáque & in ipſius ora ruebat.
Ille quidem pedibus ſemper velocibus vſus
Dirum Vulcani prompta virtute furorem
Vitabat,cedénſque retrò,ſua membra ligone,
Non ſecus ac ſcuto,defenſans: denique circùm
Omnia luſtrabat,huc illuc lumina verſans,
Impia pugnantem ne flamma prehenderet ipſum.
Cui dum ſubſidio(niſi vana inſomnia vidi)
Magnanimus venit Iphiclus,procumbere terræ
Viſus erat labens,nec poſſe reſurgere rectus:
Sed miſer immotus iacuit,ceu debilis æuo
Decreſcente ſenex,quem viribus inuida magnis
Inuitum populatur & opprimit ægra ſenectus:
Stratus humi iaceat,donec quis prætereuntum
Subleuet,exhibeátque manum:ſic ipſe iacebat
Scutifer Iphiclus,latera ægrè ignauia verſans.
Ipſa videns natos caſſos ope, denique flebam,
Donec noſtra leuis diſſoluit lumina ſomnus,
Et rubicunda diem veniens aurora reduxit.
Talia per tacitæ quæ vidi inſomnia noctis
Excubias: quæ cuncta,precor,vertantur in ipſum
Euryſtheum genere à noſtro: ſed fiet & illi
Maximus hic vates animus meus,omnia diui
Sic,& non alia ducant ratione fauentes.

BIONIS IDYLLIVM,

EPITAPHIVM ADONIDIS,

Interpr. Eobano Heſſo.

LAmentamur Adonin, obit formoſus Adonis,
Pulcher Adonis obit, teneri allacrymantur Amo-
Iam nō purpureis Venus amplius aurea pallis [res.
Indormi: quin ſurge, ſtola circumdata nigra,
O miſera, & grauibus tua pectora plange lacertis,
Et dic omnibus, Interiit formoſus Adonis.
Flemus Adonin, Acidalii ploretis Amores,
Saucius albo dente iacet formoſus Adonis,
Dente femur percuſſus apri, Venerémque dolore
Afficit exſpirans paulatim, cuius ab albo
Corpore deſtillat ſanguis niger, ipſa ſub altis
Bina ſuperciliis flacceſcunt lumina, & oris
Purpurei roſa dulcis abit, ſimul oſcula ſecum
Illa rapit moriens, quæ tempore non tamen vllo
Deſeret alma Venus: ſiquidémque & lumine caſſi
Oſcula ſumpta placent Veneri, ſed neſcit Adonis
Vltima quis dederit morientibus oſcula labris.
Flemus Adonin, flentibus allacrymātur Amores,
Lugubre lugubre vulnus habet percuſſus Adonis
In femore: at multo grauius ſub pectore Cypris
Vulnus habet: nam turba canum fidiſſima circùm
Aſſiſtens puerum lugent: hæc funera nymphæ
Lamentantur Oreades: ipſa ſoluta capillos,
Et ſine ſandaliis, incinctáque corpus honeſtum,
Et luctu confuſa Venus, per ſaxa, per altos
Fertur iniquarum ſyluarum culmina montes.
Corpore quam nudo per deuia luſtra vagantem
Hirſutíque rubi lacerant ſentéſque moleſti,
Et ſacer exprimitur laniato è corpore ſanguis.

Illa querens alta per valles voce profundas
Fertur, & Aſſyrium clamat ſine fine maritum,
Et puerum ſibi dilectum, cui ſanguine nigro
Iam quoque molliculi fœdantur tubera ventris:
Pectoráque effuſo contacta cruore rubeſcunt
De femore, & niueæ quondam ſub pectore mammæ
Purpurea iam tabe rubent ſaniéque cruenta.
Eheu heu Venerem, teneri allacrymãtur Amores.
Formoſum illa virum primis amiſit in annis,
Cúmque viro formam diuinam perdidit. ipſi
Namque decens Veneri, donec ſupereſſet Adonis,
Forma fuit, cum quo vitali munere functo,
Forma ſimul Veneris ceu vitæ munere functa eſt.
Heu heu ingeminant lacrymoſo murmure mõtes,
Arboreǽque trabes: & ſyluis inſonat heu heu.
Plorant & fluuii Veneris graue vulnus Adonin:
Alba priùs florum capita icta dolore rubeſcunt:
Per colles Venus ipſa omnes, per rura, per vrbes
Conqueritur, carménque canit miſerabile queſtu.
Eheu heu Venerem, periit formoſus Adonis.
Ipſa Echo reſonat, Periit formoſus Adonis.
Quis magnum Veneris non deplorauit amorem?
Vt vidit durum, vt cognouit Adonidis vlcus,
Vt femur aſpexit rubicundo ſanguine fœdum,
Molliculas proiecta manus, Mane, inquit, Adoni,
Vt loquar extremùm, & complectar, & oſcula ſumã:
Surge parum mi dulcis Adoni, atq; oſcula ſume hæc,
Vltima túque dato: ſed quantum viuida poſſunt
Oſcula perdurare, anima dum prorſus ab ipſa
Per mea labra means, iecoríſque ſub intima noſtri
Spiritus ille tui dulciſſimus influit oris,
Ipſa ego dulce tuo mulgebo ex corpore philtrum,
E totóque bibam manſurum pectore amorem:
Suauiolum tamen hoc in Adonin dulce reponam,
Quandoquidem tu me fugis, & me linquis Adoni,

Et longum fugis infelix Acheronta ſub atrum,
Crudelémque petis regem Plutona. ſed ipſa
In vita hac muita moror, dea nempe, velimque
Præpetibus tua poſſe ſequi veſtigia plantis.
Accipe nunc inferna meum Proſerpina Adonin,
Me ſiquidem es melior: te nanque tuámque maritum
Omnia pulchra petūt, ad vos pulchra omnia tēdūt,
Et nimis infelix ego ſum: quia triſtor, & ipſum
Quod doleo nulla ſanabile vulnus ab arte eſt.
Et ploro extinctum qui me oblectabat Adonin,
Téque ſimul metuo: verùm optatiſsime rerum
Tu moreris, mihi dulcis amor ceu ſomnia vana
Effugit: in vacuo iaceo vidua ipſa cubili,
Cunctáque iam vacui per tecta vagantur Amores,
Et ſimul ipſe tibi, mea maxima munera, ceſtus
Deperiit. quid enim puer audaciſsime fortes
Exagitare feras, quum formoſiſsimus eſſes,
Tam libuit? num tanta tuam veſania mentem
Cepit, vt vſqueadeo velles luctator haberi?
Sic eſt queſta Venus, ſic allacrymantur Amores.
Eheu heu Venerem, periit formoſus Adonis.
Tantum diua putres lacrymarum fundit in herbas,
Quantum Myrrhigeno de corpore ſanguinis exit.
Quæ ſimul ad terram pulchri labentia flores
Fiunt: namque roſam ſanguis parit ipſe rubentem,
De lacryma Veneris procera papauera ſurgunt.
Lamentamur Adonin, obiit formoſus Adonis.
Deſere iam ſyluas, iam deſine flere maritum
Diua tuum, iam lectus habet bene ſtratus Adonin,
Illum lectus habet Cypri iam tuus, ille peremptus
Eſt etiam formoſus, adhuc ceu dormiat ille.
Mortuus eſt formoſus Adonis, age accipe, & illum
Mollibus impoſitum facito requieſcere ſtratis:
Qualibus ille cubans tecum tot noctibus olim
Carpebat dulces ſomnos, quum lectulus aurum

Totus erat qui vos capiebat: nunc tamen ipſum
Triſtis adhuc triſtem ſuſpira mater Adonin
Alma Venus: iam pone ſuis in floribus ipſum,
Cúmque ipſo omnia florigeris impone coronis.
Namque ipſo moriente vigórque & gratia florum
Marcuit,& poſita defloruit omnis in herba:
Nunc aſperge oleo, pretioſis vnge venenis.
Ah pereãt nunc vnguenta omnia,quãdo vnguentum
Dulcis Adoni tuum periit: nunc ipſe recumbit
Veſtibus infectis oſtro formoſus Adonis,
Circũſtant teneri, & multum lacrymantur Amores,
Flauicomos pulchro detonſi à vertice crines:
Ille manu teretes tractat mœrente ſagittas,
Hic arcum tenet:exermem trahit ille pharetram,
Alter parua pedum tibi vincula ſoluit Adoni:
Alter aquam properat fudiſſe lebetibus aureis:
Ille femur lauat,hic à tergo concutit alas,
Vt iuuenem releuet,motáque refrigeret aura,
Ipſi omnes lugent Veneris graue vulnus Amores.
Lampadas extinxit cunctas Hymenæus in ipſo
Limine,& excuſſit genialem à fronte coronam.
Dulce melos quõdã nõ ampli⁹ inſonat hymẽ, [heu,
Amplius haud hymẽ canitur,placet hoc magis,heu,
Eheu heu & Adonin, & amplius heu Hymenæũ.
Lugent & niueæ Charites Cynareide natum:
Interiit formoſus Adonis, id alternantes
Alta voce canunt,& te Venus alma querendo
Exuperant: lugent etiam fatalia Parcæ
Numina Adonidis,& cantu lacrymantur Adonin,
Quas, etſi cupiat, Stygia non audit ab vmbra:
Namque ipſum duro cohibet Proſerpina vinclo.
Deſine mœſta Venus,nimios iam deſine luctus,
Pone modum lacrymis hodie; nam flere neceſſe eſt,
Sæpius atque alium lacrymabere rurſus in annum.

SIMMIÆ RHODII
Ouum, Alæ, Securis, ſiue Bipennis.

Omnia Græcolatina, conuerſa ſimul & emendatè expoſita à Claudio Auberio Triuncuriano.

IOANNI CRISPINO CL. AVBERIVS *Triuncurianus.*

OVVM Simmiæ Rhodij *mibi* ἀνωφρμόςως *ſuppoſitum foui qua diligentia potui, ſumma ſanè & incredibili. Quid præſtiterim neſcio: neque enim ipſe mihi ſoleo applaudere. Tuum erit, bonorúmque omnium iudiciū. Si malè foui, neque ad has partes accedere potui,* Frigidus obſtitit circum præcordia ſanguis, *vt ait poeta. Eduxi pullum, quem vereor vt accipiant noſtri poetæ & muſici.* Tua *fretus autoritate ſuſcepi: tua autoritate me cōſolor. Addidimus quædam de verſibus* Oui *non inutilia, quæ ad veterem accuratámque metiendi & percutiendi rationem reuocauimus. Et quoniam alites ex ouis excluduntur, poſt* Ouum *eius* Alas *pennis diſtinctas & explicatas ad te mitto, qui vix* Ouo *ſe prognatum agnoſcit.* Poſtremò *quoniam ad ſimilitudinem* Alarum *pennarúmque bipennis ipſa effecta eſt, poſt alas collocatam ad te mitto. Quòd ſi mihi ſpem dederis poſſe placere doctis, iacentem me eriges, & ad maiora excitabis.* D. Blaſius Marcuardus, *hoſpes meus omnium humaniſſimus, qui me ad amicitiam tuam colendam aſſiduè hortatur, te peramanter & perofficioſè ſalutat.* Vale *vir clariſſime, méque ama, vt facis.*

EDITIO SVPERIORVM impreſſionum.

Κωτίλας
ματέρος τι τόδ'
ὠὸν νέον, πρόφρων δὲ
θυμῷ δέξο δὴ ἁγνᾶ·
τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας
Ἑρμῆς ἤικιζε κάρυξ, ὄνωδ' ὀρ *
ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέταν
πάροιθ' αὔξε. θοῶς δ' ὕπερθεν ὠκὺ
λέχριον φέρον νεῦμα ποδῶν πίασκε
θοαῖσι τ' αἰόλαις κῶλα. δηγὰ σῶν ὀρσιπέδων
ἐλάφων τεκέεσσι πάλαι κραιπνοῖς ὕπερ
ἄκρων ἱέμεναι ποδὶ λόφων κατ' ἀρυθμίας ἴχνος
πηθῆνας· καὶ τ' ὁμόθυμος ἀμφίπαλτον αἶψ' οὐδ' αὖ
θὴς ἐν κόλποις δεξάμενος πυκνότητα· καὶ τάδ' ἀκοβοᾶς
κοῖν μεθέπων ἄφαρ, ὃ γηλαστίαν· ὀρσοβόλων ἀν' ὀ-
ρέων ἔσσυτ' ἀνάγκαις· ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖς θο-
ποσὶ πονέων πολύπλοκα μεθίει μέτρα μολπαῖς· ῥίμφα
πτερίκοτον ἐκλιπὼν ὄρους εὐναὶ ματρὸς πλακτὸν καμόμενος
βαλίαις ἑλεῖν τέκος. λαχαὶ δ' οἰῶν πολυβότων ἀν' ὀρέων
νόμον ἔβαν, τανυσφύρων τ' ἄντρα νυμφῶν, τάδ' ἀμβρότῳ
πόθῳ φίλας ματρὸς ῥόωντ' ἄψα μὲν ἱμερόεντα
μαζὸν, ἴχνει θένων τὸν παναίολον Πιερίδων μο-
νόδουπον αὐδάν, ἀριθμὸν δὴ εἰς ἄκρος δέκα
δ' ἰχνίων κόσμον νέμοντα ῥυθμὸν φίλος
Λεσβροτῶν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέ-
ρυσι ματρός· λίγεια μὲν
κ' ἀμφὶ ματρὸς αὐδὶς
αἴνας ἀηδόνος Δω-
ρίας ἀγείου.

Omnia ferè corrupta, è quibus vix vllum ſenſum quis elicere poſſit.

HYPOTHESIS OVI SIMMIAE RHODII.

HOC Ouum poeta Dianæ offert, filiæ Latonæ, ſororíque Apollinis: in quo de iniuria muſicæ ſeu poeticæ quondam à Mercurio facta conqueritur, qui, relictis carminibus, traditáq; Apollini teſtudine (quæ dimidiatum Ouum refert) ſeſe conuerterit ad alia, nempe ad quadrupedũ curam, quibus nihil ineptius ad muſicam: vnde prouerbium Ὄνος πρὸς λύραν. Ouum autem quod offert, dicit eſſe velut auis cuiuſdam μελιστικωτάτης partum: ſignificans hoc modo muſicæ primum ortum ab ouo, hoc eſt à principio ipſo à ſe repeti. Monet interim ne in gremio collocet quũ ad venationem proficiſcitur, & choros cum ſociis exercet. Porro prudenter poeta Ouum hoc offert Dianæ: primùm quòd parturientibus adſit, vt eſt apud poetarum maximum, Caſta faue Lucina, tuus iam regnat Apollo. Deinde quòd ſoror Apollinis ipſa ſit, qui muſicam & poeticen ardenti ſtudio amplexus eſt à Mercurio relictam. Poſtremò quòd caſtitatem ſummopere colat, quam vera muſica, nempe Dorica, ſui ſtudioſis affert, inſanos libidinum motus reprimens: vt eſt apud Platonẽ, Πολιτειῶν 3, & Ariſtotelem 8. & Boetium libro De muſica primo, in præfatione. Cæterùm venuſta eſt metalepſis, qua ouum commutat in teſtudinem, quæ, vt dixi, dimidiatũ Ouum refert: & rurſus teſtudinem in Ouum. Ipſum autem OVVM ita emendamus vt videbis pagina ſequente.

SIMMIAE RHODII
OVUM.

Canoræ
matris quoddã hoc
ouum nouum lubens
aĩo ſuſcipe igitur ô caſta.
Huic quidem ex diis clamoſus
Mercuri⁹ caduceator notũ inuſsit, cúmque aſino impetu
[deſciſcẽs] à metro ſingularis inceſsus, ob [ipſum ouum]
cõtiguè proſilijt: citoq́ʒ deſuper cele
rẽ obliquũ ferẽs greſsũ pedũ, premebat
iugis pernicib⁹ mẽbra. Sed eũ [tuorũ] ſolũ quaſſãtũ
ceruorũ ſobole, iampridẽ pernicibus ſuper ſũ
mos incedẽs pedib⁹ colles iuxta cõcinnũ veſtigiũ
matris, & ſociarũ vndique peltis denſo, facilè ne
poſueris in gremio, admiſſo comitatu. A facundo verò
acceptur⁹ (tractãs hoc ilico) ex hirſutis ſerpẽtis percuſſor
mõtib. erũpebat fataliter. his ergo dæmõ p̃claris (pernices
pedes exercẽs) multiplicia pſeq̃batur metra cãtib. ſubitò
ornatũ cũ liqſſet mõtis lectũ, matre errabundũ flagrãte
eqs recipere filiũ. Sorte. v. q̃ obtigerãt oues fertiliũ mõtiũ
paſcua obibãt, velociúmqʒ antra nympharũ. tũc auido
matris charæ deſiderio ſe p̃mouens ſtatĩ ad amabilẽ
mammam, veſtigio edebat variam Pieridum
vni⁹ ſonit⁹ vocẽ, numerũ. v. aduſq; ſũmũ decẽ
ueſtigiorũ uenuſtũ diſtribuit rhythmũ, char⁹
teſtaceã [teſtudinẽ] ſub charę cũ cepiſſet ſa
xis matris. Canorus quidem vel
in vtero partus caſtæ luſci-
niæ, ſed oryũ ferus.

SCHOLIA IN OVVM Simmiæ Rhodii.

ANTE omnia ſciendum eſt huius Oui argumentū ab Homerico hymno in Mercuriū, vt à fonte quodam, ductum eſſe. Qui quidem hymnus, quia eſt politiſſimus & iucundiſſimus, vt ab omnibus poetices & elegantiæ ſtudioſis diligentiſſimè legatur, meritus eſt. Huius verſus aliquot adſcribimus, eos præſertim qui ad noſtrum inſtitutum pertinere videbuntur, vt res ipſa atque occaſio tulerit. Quæ porro emendauimus, ex ipſa collatione facilè ſtudioſus lector animaduertet.

Κωτίλας ματέρος] Ariſtoteles ζώων ἱστορίας α´, dicit, Animalium quædam eſſe κωτίλα, quædam σιγηλὰ, quædam λάλα: rurſus quædam ᾠδικὰ, quædam ἄνῳδα. Aues illæ dicuntur Cotilæ, quæ ſunt πλατύγλωσσοι, vt eſt apud eundem περὶ ζώων μορίων β´. Porro Dorienſes olim dicebantur κωτίλλειν, quia ſono lato atque patenti delectabantur, vt eſt apud Theocr. εἰδύλλ. ιέ,

Παύσασθ᾽ ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
Τρυγόνες· ἐκναισεῦντι, πλατυάσδοισαι ἅπαντα.

Deinde reſpondent mulieres,

-- Πελοποννησιστὶ λαλεῦμες·
Δωρίσδεν δ᾽ ἔξεστι (δοκῶ) τοῖς Δωριέεσσι.

Κωτίλαι autem potius canoram quàm garrulam, reddidimus, quia garrulitas ponitur in vitio.

Τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας Ἑρμᾶς.] Obſcurè ſignificat Mercurium, relicta teſtudine, Apolliniq; tradita, ſuſcepiſſe curam quadrupedum: quorum vnum comme-

morat omnium ſtolidiſſimũ & ἀμαθέστατον. Nam quis ignorat aſinum omnino eſſe ἄμουσον; Vnde etiam prouerbium, Ὄνος πρὸς λύραν. In hanc ſententiam narrantur multa in hymno Homerico. Verſus aliquot ſubiiciemus, qui paucis rem complectantur,

Ὡς εἰπὼν ὤρεξ'· ὁ δ' ἐδέξατο Φοῖβος Ἀπόλλων·
Ἑρμῇ δ' ἠγγυάλιξεν, ἔχων μάστιγα φαεινὴν,
Βουκολίας δ' ἐπέτελλεν. ἔδεκτο δὲ Μαιάδος υἱὸς
Γηθήσας. κίθαριν δὲ λαβὼν ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς
Λητοῦς ἀγλαὸς υἱὸς ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος. &c.

Rurſus ſub finem hymni,

Ταῦτ' ἔχε Μαιάδος υἱὲ, καὶ ἀγραύλους ἕλικας βοῦς
Ἵππους τ' ἀμφιπόλευε καὶ ἡμιόνους ταλαεργούς·
Καὶ χαροποῖσι λέουσι, καὶ ἀργιόδουσι σύεσσι,
Καὶ κυσὶ, καὶ μήλοισιν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθὼν,
Πᾶσι δ' ἐπὶ προβάτοισιν ἀνάσσειν κύδιμον Ἑρμῆν·
Οἶον δ' εἰς ἀΐδην τετελεσμένον ἄγγελον εἶναι.

Cæterùm poeta noſter hæc dicit paulo obſcurius, vt diximus. Nam, vt inquit Pindarus, Ἔστι δ' ἀνδρὶ φάμεν ἐοικὸς ἀμφὶ δαιμόνων καλά.

Ἐκ μέζου μονοβάμονος] Sententia hæc eſt, Cùm aſino Mercurius erumpẽs, relicta muſica, penè hoc Ouum, canoræ matris ſobolem, contumelioſè obtriuit. Obterere ouum canoræ auis, nihil aliud eſt quàm afficere muſicam ipſam inſigni contumelia. ſiquidem ouum auis canoræ, facultate auis eſt canora. Porro prudentiſſimè ex omnibus quadrupedibus ſolius aſini mentionem fecit. Cauſam attulimus antea. Quid ſtolidius aſino? quàm inſuaue audire rudentem aſinum! Contrà κωτίλαι aues & πλατύγλωσσοι, ſunt dociles, garriúntque ſuauiſſi-

mè,hoc eſt,μουσικώτατα canunt: quomodo poetæ lyrici canere dicuntur à Pindaro, εἰ δ' ἄεθλα γαρύεν ἔλδεαι φίλον ἦτορ. Sed declarandum eſt quid intelligat poeta, quum dicit ὀκ μέσου μονοβάμονος. Significatio vocis μονοβάμονος priùs eſt explicanda. Conſtat ex partibus duabus,quarum poſterior παρωνύμως ἀπὸ τῆς βάσεως προσηγορίαν ἔχει. Significationem βάσεως ex Platone promere poſſumus: cuius hæc ſunt verba πολιτειῶν γ', Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ μετὰ Δάμωνος βουλευσόμεθα, τίνες τε ἀνελευθερίας καὶ ὕβρεως, ἢ μανίας καὶ ἄλλης κακίας πρέπουσαι βάσεις, καὶ τίνας τοῖς ἐναντίοις λειπτέον ῥυθμούς. Quo in loco quænam harmonia in rempublicam bene moratam ſit admittenda quæritur. Alii βάσιν motum reddunt, nos inceſſum, hanc vocem vſurpantes qua vſus eſt poeta in illo loco,

-& vera inceſſu patuit dea.

Neque enim illic βάσις motum ἁπλῶς ſignificat, ſed motum τοιόνδε: vt videantur penè idem ſignificare βάσις & ῥυθμός. Dicit enim τίνες βάσεις, & continuò, τίνας λειπτέον ῥυθμούς. At ῥυθμὸς modum quendam in cantorum diſpoſitione ſignificat: quare etiam βάσις. Diſtinguit tamen Ariſtoteles inter βάσιν & ῥυθμὸν, πολιτειῶν β', reprehēdens hypotheſin Socratis, qui ciuitatē vnitate omnino metiebatur: ὥσπερ κἂν εἴ τις συμφωνίαν ποιήσειεν ὁμοφωνίαν, ἢ τὸν ῥυθμὸν βάσιν μίαν. Atqui, inquit Ariſtoteles, quo magis ciuitas accedet ad vnitatē eiuſmodi, eo minus erit ciuitas: vt familia ad vnitatem magis accedit quàm ciuitas, tamen ciuitatē minimè facit vna familia. Itaque perinde eſt acſi quis concentum vellet eſſe vocis coniunctionē, ſeu duplicationē vnam aut rhythmum, vnum gradū,

ſeu pedis vnum inceſſum. Vult igitur Ariſtoteles ῥυθμὸν conſtare ἐκ πλειόνων βάσεων, vt συμφωνίαν ἐκ πλειόνων ὁμοφωνιῶν. Sed ſciendum eſt, vt ῥυθμὸν, ita βάσιν conſiderari duobus modis. Eſt enim ῥυθμὸς & βάσις prius in ſyllabis propter pedes, poſterius in pedibus propter verſum. Plato igitur in priore ſignificatu vſurpat ῥυθμὸν & βάσιν. Hoc verum eſſe intelligi poteſt ex verbis ſequentibus: οἶμαι δέ γε ἀκηκοέναι οὐ σαφῶς, ἐνόπλιόν τε τινὰ ὀνομάζοντος αὐτοῦ, ξύνθετον, καὶ ἡρῷόν γε, καὶ ἴσον ἄνω καὶ κάτω τιθέντος, εἰς βραχύ τε καὶ μακρὸν γινόμενον, καὶ, ὡς ἐγ᾽ ᾦμαι, ἴαμβον, καί τιν᾽ ἄλλον τροχαῖον ὠνόμαζε. μήκη δὲ καὶ βραχύτητας προσῆπτε. καὶ τούτων τισὶν, οἶμαι, τὰς ἀγωγὰς τοῦ ποδὸς αὐτὸν οὐχ ἧττον ψέγειν τε καὶ ἐπαινεῖν, ἢ τοὺς ῥυθμοὺς αὐτοὺς, ἤτοι ξυναμφότερόν τι. Locus eſt ad inſtitutum noſtrum accommodatus, ſed difficilis: quem interpretari conabimur, vt non alienum ab hoc Ouo noſtro muſico. Audiui, inquit, Damonem, cuius verba non ſatis percepi, quum quędam rhythmum appellaret bellicoſum, compoſitum, Dactylúmque, atque Heroicum, cuius tempora quæ ſurſum ſunt & deorſum, æqualiter diuiderentur. Alium quendam rhythmum qui ex breui vna & altera longa conſtaret, qui eſt, vt opinor, Iambus: item alium quendam Trochæum dictum. Atque hoc modo breues & longas ſyllabas, vel has cum illis, vel ipſas ſecum componebat. Quas quidem compoſitiones ſeu conformationes & ductiones pedis ſæpe non minus laudabat & vituperabat quàm rhythmos ipſos, aut amborum aliquid. Ex hoc Platonis & illo Ariſtotelis loco intelligitur, rhythmum cōſiderari duobus modis, aut in ſyllabis propter pedes, aut in pedibus

propter verſum. Rhythmus hic, eſt concinnitas pedum in verſu: ille verò, eſt concinnitas ſyllabarum in pede aliquo. pedum enim concinnitas in ſyllabarũ temporibus ſita eſt. Alio etiã nomine ῥυθμὸς à Platone appellatur, nempe βάσις. Sed Ariſtoteles ita vſurpat ῥυθμὸν, vt ſignificet concinnitatem pedum inter ſe propter verſum: βάσιν autem, vt ſignificet cõcinnitatem ſyllabarum propter pedem. Contrà noſter poeta, in qua ſignificatione Ariſtoteles vſurpat ῥυθμὸν, in ea hîc vſurpat dictionem βάσιν. Quare apud poetam noſtrum τὸ ἐκ μέζου μονοβάμονος idem ſignificat atque τὸ ἐκ μέζου μονορύθμου, &, vt ita dicam, συῤῥύθμου. Atque huic συῤῥυθμία opponitur ἀῤῥυθμία. Quod nomen συῤῥυθμίας inuſitatum effinximus ad ſimilitudinem vocis συμφωνίας, vt huic loco obſcuriſſimo lucem afferremus. Cæterùm quod poeta hîc expreſſit his verbis, ἐκ μέζου μονοβάμονος, paulo luculentioribus verbis expreſſit paulo pòſt, dicẽs, ἴχνει θένων τὰν παναιόλον Πιερίδων μονόδουπον αὐδάν. Quo in loco iniecit nobis ſuſpicionem αἰνίγματος coniunctio duorum verborum παναιόλον & μονόδουπον, quæ diſcrepare inter ſe maximè videntur. Itaque παναιόλον dixit ratione varietatis ſyllabarum & pedum: μονόδουπον autem, ratione συῤῥυθμίας ſeu concinnitatis, ſeu æqualitatis & proportionis pedum in ipſo verſu. AEqualitas enim eſt vnitas quam conformat λόγος ἑνοποιῶν. Nam quum in verſu inſit multiplicitas propter pedes & tempora, vt multiplicitas non ſit ἄλογος, vniatur neceſſe eſt. Porro ad vnitatem nunquam deducetur, niſi ſubſit æqualitas. Quare æqualitas eſt ſecũdaria vnitas, quæ fabricatur à ratione, vt dicit Ariſtoteles Metaphyſ. 9, ἐκ δεὶ ἢ τῷ ἀριθμῷ ἓν τὸ

μέτρων, ἀλλ' ἐνίοτε πλείω· οἷον αἱ διέσεις δύο, αἱ μὴ κατὰ τὴν ἀκοήν, ἀλλὰ ἐν τοῖς λόγοις· καὶ αἱ φωναὶ πλείους αἷς μετροῦμεν· καὶ ἡ διάμετρος δυσὶ μετρεῖται, καὶ ἡ πλευρά, καὶ τὰ μεγέθη πάντα. Cæterùm de æqualitate aliquid dicemus quando rationem verſuum huius Oui inueſtigabimus. Huius loci difficillimi, lector, interpretationem hanc æqui boníque conſules. Scimus quidem alia poſſe afferri de Monochordo, de Monaulo, de ſimpliciſſimis muſicæ primordiis, quo pacto in vna chorda magadis miniſterio omnium interuallorum proportiones examinentur: ſed hæc non diſſoluunt ἀπορίας συμβαινούσας, vt ipſe potes experiri. Porro hunc verſus inceſſum æqualem & λογικὸν componit cum inceſſu aſinino, obliquo planéque ἀλόγῳ, vt in proximè ſequentibus videbimus. Porro verbi ἀΐσσειν nota eſt ſignificatio: ex quo μεταναΐσσω.

Λέχριον φέρων νεῦμα ποδῶν πίασκε κῶλα] Fingit Mercurium inſidentem aſino, aut iugis mulorum, cuius inceſſum cum aſino & mulis mirificè exprimit. Porro quadrupedum inceſſum hoc modo deſcribit Ariſtot. in libro περὶ ζώων πορείας, Κινεῖται δὲ τὰ ὀπίσθια πρὸς τὰ ἔμπροσθεν κατὰ διάμετρον. μετὰ γὰρ τὸ δεξιὸν τῶν ἔμπροσθεν, τὸ ἀριστερὸν τῶν ὄπισθεν κινοῦσιν· εἶτα τὸ ἀριστερὸν τῶν ἔμπροσθεν· μετὰ δὲ τοῦτο τὸ δεξιὸν τῶν ὄπισθεν. Porro κῶλον non ſolùm de membris, ſed etiam de aliis poteſt dici. Videtur autem hìc alludere ad κῶλα verſuum.

Ἀλλὰ σὺν ὀρσιπέδων ἐλάφων τεκέεσσι] Sententia hæc eſt, Noli ô Diana in gremium aſſumere hoc ouum quum ad venationem te accingis, more matris Latonæ, vel choros exerces cum ſociis: nimirum ne

obteratur aut illidatur peltis comitum ſeu ſociarum virginum, quæ vndique circa te denſæ ſunt & multæ. De Dianæ choris hæc ſummus poeta, 1 AEneidos,

Qualis in Eurotæ ripis aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros, quam mille ſequutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades: illa
    pharetram
Fert humero, gradiénſque deas ſupereminet
    omnes.
Latonæ tacitum pertentant gaudia pectus.

Homerus etiam ante Virgil. dixerat, Ὀδυς. ζ´,

Οἵη δ᾽ Ἄρτεμις εἶσι κατ᾽ οὔρεος ἰοχέαιρα,
Ἢ κατὰ Τηΰγετον περιμήκετον, ἢ Ἐρύμανθον,
Τερπομένη κάπροισι καὶ ὠκείῃς ἐλάφοισι.
Τῇ δέ θ᾽ ἅμα νύμφαι κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο
Ἀγρονόμοι παίζουσι· γέγηθε δέ τε φρένα Λητώ,
Πασάων δ᾽ ὑπὲρ ἥγε κάρη ἔχει, ἠδὲ μέτωπα.
Ῥεῖα δ᾽ ἀριγνώτη πέλεται, καλαὶ δέ τε πᾶσαι.

Τῷ δ᾽ ὠκυβοᾷ κοᾷ (μεθέπων τὸ δ᾽ ἄφαρ.) Senſus eſt, Apollo ſerpentis Pythonis interfector fataliter ad Mercurium venit accipiendæ teſtudinis cauſa. Quæ quidem cauſa fuit fortuita & fatalis, quum recuperandorum boum gratia veniſſet, non teſtudinis cauſa. hæc omnia habes in hymno Homerico. Cæterùm κοᾷ ſignificat audire vel intelligere, hoc eſt, aliquid animo vel auribus accipere.

Ταῖς δὴ δαίμων κλυταῖσι θοῇσι ποσὶ πονέων] His igitur cantibus dæmon, nempe Mercurius, oblectabatur, metráque multiplicia commentabatur, antequam Apollini teſtudinem tradidiſſet, ac nuper natus relicto cubili matris peregrinabatur, quē equis velociſſimis cupiebat recipere mater. Homerus,

Ἠῷος γεγονὼς μέσῳ ἤματι ἐγκιθάριζεν,
Ἑσπέριος βοῦς κλέψεν ἑκηβόλου Ἀπόλλωνος,
Τετράδι τῇ προτέρῃ τῇ μιν τέκε πότνια Μαῖα.
Ὃς καὶ ἐπειδὴ μητρὸς ἀπ᾽ ἀθανάτων θόρε γυίων,
Οὐκ ἔτι δηρὸν ἔκειτο μένων ἱερῷ ἐνὶ λίκνῳ.

Obiurgationem matris adiiciemus, ſolicitæ expe-ctatione filii,

Τίπτε σὺ ποικιλομῆτα, πόθεν τάδε νυκτὸς ἐν ὥρῃ
Ἔρχῃ ἀναιδείην ἐπιειμένε; νῦν σε μάλ᾽ οἴω, &c.

Et paulo pòſt,

Ἔρρε πάλιν, μεγάλην σε πατὴρ ἐφύτευσε μέριμναν
Θνητοῖς ἀνθρώποισι καὶ ἀθανάτοισι θεοῖσι.

Solicitum animum matris mirificè nobis expreſſit poeta noſter his verbis, ματρὸς πλαγκτὸν καιομένας βαλίαις ἑλεῖν τέκος: hoc eſt, matre flagrante filium equis velociſſimis recipere.

Ῥόων ἄγρα μεθ᾽ ἱμερόεντα μαζόν] Appoſitiſſimè dixit hæc poeta. Nam & hoc modo ſe Apollini excuſat Mercurius apud Homerum in hymno,

Οὔτε βοῶν ἐλατῆρι κραταιῷ φωτὶ ἔοικα,
Οὐκ ἐμὸν ἔργον τοῦτο, πάρος δέ μοι ἄλλα μέμηλεν·
Ὕπνος ἔμοιγε μέμηλε καὶ ἡμετέρης γάλα μητρὸς,
Σπάργανά τ᾽ ἀμφ᾽ ὤμοισιν ἔχειν καὶ θερμὰ λοετρά.

Et paulo pòſt,

-τόδ᾽ ἀπρεπέως ἀγορεύεις·
Χθὲς γενόμην, ἁπαλοὶ τε πόδες, τρηχεῖα δ᾽ ὑπὸ χθών.

Μονόδουπον αὐδάν] Huic loco ſunt accommodandæ quæ diximus quum interpretaremur verba illa obſcuriſſima, ἐκ μέτρου μονοβάμονος.

Δέκα ἰχνίων κόσμιον νεῖμε ῥυθμόν] Hoc in loco decē pedes intelligo, quos puto vocari à poeta δέκα ἴχνια,

quibus verſuum menſura conſtet. Nam pedes cōpoſiti ſimplicibus conſtituuntur pedibus. Quòd ſi rerum naturam ſpectes, non plures ſunt pedes quàm decem: quos ita enumeramus, vt Spondæus & Moloſſus ſimul coniungantur, item Pyrrhichius & Tribrachus.

1 Pyrrhichius, Tribrachus.
2 Spondæus, Moloſſus.
3 Iambus.
4 Trochæus.
5 Dactylus.
6 Anapæſtus.
7 Bacchius.
8 Palimbacchius.
9 Amphimacrus.
10 Amphibrachus.

Ratio cur Spondæus & Moloſſus, item Pyrrhichius & Tribrachus coniungantur, eſt hæc, quia ſyllabarum quantitatem eandem obtinent in primo, ſecundo, & tertio loco. Cæterùm rectè dixit ἀριθμὸν εἰς ἄκρον, quia denarius numerus, ſummus eſt apud omnes, vt eſt in x v ſectione problematum Ariſtot. quæſtione tertia, & Μεταφ. ά, ὅτι τέλειον ἡ δεκὰς εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶσαν περιειληφέναι τὴν τῶν ἀριθμῶν φύσιν.

Λεπυρότον ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέρυγος ματρὸς] Legebatur Λεσβερτῶν. Veſtigia quædam & literarum ſimilitudo nos eò adduxerunt, vt legendnm eſſe λεπυρότον putemus: quod nomen eiuſdem formæ eſt atque πτερότον, aliáque permulta. Quo quidē nomine aptiſſimè vſus eſt, vt ſimul ad putamen ſeu teſtam oui alluderet. Porro innuit Teſtudinē, quā Homerus in hymno vocat ὄςρακον,

Ἀλλ' ὅγ' ἀναΐξας ζήτει βόας Ἀπόλλωνος,
Οὐδὸν ὑπερβαίνων ὑψηρεφέος ἄντροιο,
Ἔνθα χέλυν εὑρὼν ἐκτήσατο μυρίον ὄλβον.

Et paulo poſt,

-πόθεν τόδε καλὸν ἄθυρμα,
Αἰόλον ὄστρακόν ἐσσι χέλυς ὄρεσι ζώουσα; &c.

Ὠρύων δ' ἄγειος] Legebatur, Δαρίας ἀγείου, nullo ſenſu. Comparat partum auium quarum cantus eſt ſuauis, vt luſciniæ, cum partu ferarum, quarum clamor eſt horribilis. Feræ autem dicuntur ὠρύεσθαι, vt eſt apud Theocritum εἰδύλλ. ά,

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,

de Daphnide. Ὤρυες enim, ſiue ὄρυες, dicuntur feræ quæ horrendum vociferantur: hinc ὠρύεσθαι. Notum eſt etiam ὠδῖνα partum aliquando ſignificare. Nicander,

Πολλάκι δ' ὀρταλίχων ἀπαλὴν ὠδῖνα κενώσας.

Cæterùm hoc in loco tacitè vel ipſa muſicæ ac poetices primordia commẽdat, quibus effectum vt ab omni feritate quàm longiſſimè abſimus. Legebatur etiam ἀμοὶ ματρὸς ὠδῖς, nos repoſuimus ἀμφιμάτειος, (ἀπὸ τῆς μήτρας.) Item λίγεια μιν: nos, λίγεια μέν. Sed (vt diximus) collatione diligens lector animaduertet. Omnia enim ferè corruptiſſima erant: quibus enumerandis noluimus immorari.

Qualis Oui figura debeat eſſe, & cur non omnino rotunda ſit, docet his verbis Ariſtoteles, περὶ ζώων γενέσεως γ', καὶ γίνεται δὴ ἀνόμοιον τὸ τῶν διχρόων ᾠῶν, καὶ οὐ πάμπαν στρογγύλον, ἀλλ' ὅτι θάτερα ὀξύτερον, διὰ τὸ διαφέρειν δεῖν ἀεὶ τοῦ λευκοῦ ἐν ᾧ ἔχει τὴν ἀρχήν. καὶ διὰ τοῦτο ἐξέρχεται ὕστερον τοῦ ᾠοῦ τὸ ὀξύ. τὸ γὰρ περεστεφυκὸς ὕστερον ἐξέρχεται. κατὰ τὴν

ἀρχὴν δὲ προεστηκυῖαν· ἐν τῷ ὀξεῖ δὲ ἡ ἀρχή. Et paulo pòst, ἡ δὲ ἔξοδος τοὐναντίον γίνεται τοῖς ᾠοῖς ἢ τοῖς ζωοτοκουμένοις. τοῖς μὲν γὰρ ἐπὶ κεφαλήν τε καὶ τὴν ἀρχήν, τῷ δὲ ᾠῷ γίνεται ἔξοδος οἷον ἐπὶ πόδα. τούτου δ' αἴτιον τὸ εἰρημένον, ὅτι προσπέφυκε κατὰ τὴν ἀρχήν.

LECTORI.

ANTEQVAM ad rationẽ carminum veniamus, lector, Ouum Simmiæ Rhodii rurſus ita tibi exhibemus, vt à ſiniſtra numerum verſuum habeas, à dextra verò numerum ſyllabarum ex quibus conſtat quiſque verſus. Noli verò putare hanc operam eſſe inutilem. Primùm numerus ſyllabarum vniuſcuiuſquè verſus docebit te rationem figuræ oualis, quæ eſt vt pars oui ſuperior paulo acutior ſit: pars verò inferior, paulo obtuſior. Hæc enim eſt figura ouorum pulcherrima. Quòd ſi aliquando animaduertes vnum aut alterum verſum, treſve interdum (quod fit præſertim in medio ouo) in eodem numero ſyllabarum conſiſtere, ſcias id exigere figuram oui illo in loco, nimirum ne verſus excurrat. deinde hæc opera laborem tuum leuabit. Poſtremò vſus erit maximus horum numerorum in iis quæ dicemus de ratione carminum, vt ipſe experieris.

1 Κωτίλας 3
2 ματέρος τὶ τόδ' 5
3 ᾠὸν νέον· πρόφρων 6
4 θυμῷ δέξο δὴ ἁγνᾶ. 7
5 τὸ μὲν θεῶν ἐριβόας 8
6 Ἑρμᾶς ἀείκιζε κάρυξ, ἄνωγε δ' ἀρ- 11
7 σας ἐκ μέτρου μονοβάμονος μέγαν 11
8 πάροιθεν αὔξε, θοῶς δ' ὕπερθεν ἀ- 12
9 κὼ λέχριον φέρων νεῦμα ποδῶν, πίασκε 13
10 θοιαῖσιν αἰόλαις κῶλ'. ἀλλὰ σὺν ὀρσιπέδων 14
11 ἐλάφων τεκέεσσι, πάλαι κραιπνοῖσιν ὑπὲρ ἄ- 15
12 κρων ἱεμένα ποσὶ λόφων κατὰ ῥύθμιον ἴχνος 16
13 τιθήνας, καὶ τοῦ ὁμοθύμων ἀμφίπαλτον αἶψ' ἐκ δ' αἰ 16
14 θὴς ἐν κόλποις δεξαμένα πυκνότητα. τοῦ δ' ἀκυβοᾶ 17
15 κοὰ (μεθέπων τὶ δ' ἄφαρ) ὅγ' ἐκ λασίων ὀφιαβόλος αἰ 18
16 ν' ὀρέων ἔσυτ' αἰπάγης τὸν δὴ δαίμων κλυταῖσι, θοοῖσι 18
17 ποσὶ πονέων, πολύπλοκα μέλη ἐμέτρα μολπαῖσι, ῥίμφα 18
18 περίκομψον ἐκλιπὼν ὄρους εὐναί, ματεύει πλαστικῇ κομμένας 19
19 βαλίαις ἢ ἐὸν τέκος. λάχαι δ' οἰῶν πολυβότων ἀν' ὀρέων 20
20 νομὸν ἔβαν, τανυσφύρων τ' ἄντρα νυμφῶν. τὸν ἀβρῶτι 16
21 ματεύεις φίλας πόθῳ ῥόων ἄγχα μὲν ἱμερόεντα 16
22 μαζὸν, ἴχνει θένων τὰν παναίολον Πιερίδων 15
23 μονόδουπον αὐδάν, ἀριθμὸν εἰς ἄκρον δέκα 14
24 ἰχνίων κόσμιον νέμει ῥυθμὸν, φίλος 12
25 λεπυρωτὸν ὑπὸ φίλας ἑλὼν πτέ- 11
26 ροισι ματρός. Λίγα μὲν 8
27 κ' ἀμφιμάτειος ὠδὶς 7
28 ἁγνᾶς ἀηδόνος, ὦ- 7
29 ρύων δ' ἄγειος. 5

RATIO VERSVVM OVI.

SCIENTIA numerorum eſt accuratiſſima, quia nō eſt καθ᾽ ὑποκειμένου, hoc eſt, ἐκ προσθέσεως. At cùm ἁρμονικὴ & poeticè ſint καθ᾽ ὑποκείμενα ſeu ἐκ προσθέσεως, non eſt mirum in hac & in illa tantam ἀκρίβειαν ſæpenumero non obſeruari. Poetæ igitur perſæpe vtuntur στοχασμῷ, vt alii artifices, nec tenēt διότι, & (vt ait Socrates in Apologia) οὐ σοφίᾳ ποιοῦσιν ὃ ποιοῦσιν, ἀλλὰ φύσει τινὶ, καὶ ἐνθουσιάζοντες ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί. Hoc quidem verum eſt: veruntamen magni poetæ cauſas ſemper perquiſiuerunt ἁρμονιῶν: quibus cognitis ita modulati ſunt vt pedes rebus, non res pedibus ſubſeruirent. Cauſa ἁρμονίας eſt æqualitas pedum in temporibus & percuſſione: vt Trochæus & Iambus ſunt æquales pedes tēporibus. Sed ſi percutias vtrunque, non repeties æqualitatē in percuſſione. Nam Trochæus incipit à duobus temporibus, & deſinit in vnum tempus: contrà Iambus incipit ab vno tempore, & deſinit in duo. Dactylus autem & Spondæus ſunt æquales tum numero temporū, tum etiā percuſſione. Vterque enim quatuor habet tempora, vterque etiā æqualiter diuiditur in 2 & 2 tempora. Idcirco heroicus verſus eſt nobiliſſimus & pleniſſimus. Quòd ſi pedes alicuius verſus fuerint κατὰ ταύτην τὴν ἀκρίβειαν elaborati, planè verſus ille καλὸς καὶ ἐμμελὴς fuerit. Hæc eſt igitur accuratio ſumma quæ in verſibus requiritur, quā poetæ perſæpe negligunt. Exēpli gratia, in Iambicorum verſuū locis imparibus collocātur etiā Dactyli & Anapæſti, qui pedes excedunt numerū temporū Iambi. Hoc tamen permiſit vſus, quia quatuor à tribus non multū diſtant. Atque hæc quidē altius repetēda eſſe duximus, tum quia hoc Ouum inſtitutum eſt de pri-

mordiis poetices ſeu muſicæ, tum quia poeta noſter obſeruat hanc ἀκρίβειαν, quantum fieri poteſt.

Primus verſus eſt Monometer Catalecticus Trochaicus. Nā ſecūda κωτίλας, eſt breuis. Theocr. εἰδυλλίῳ κά, -ὡς κωτίλα ῥήματα φέροισθεις;

II. Eſt Monometer Trochaicus ὑπερκατάληκτος.

III. Eſt Dimeter Iambicus βραχυκατάληκτος.

IIII. Eſt Spondaicus interpoſito Dactylo, nimirū correpto δή.

V. Eſt Dimeter καταληκτος. nā in tertia ſede Tribrachus eſt loco Iambi, quod non eſt ἄτοπον. Nam Tribrachus & temporū numero & percuſſione cōſpirat cum Iambo. Nā vt Iambus eſt trium temporum, ita Tribrachus: & vt Iambus diuiditur in vnum & duo, ita etiam Tribrachus.

VI. Totus conſtat ex Palimbacchiis ſeu Antibacchiis. Eſtque mira æqualitas in numero temporū ipſius, & in percuſſione pedū: quare βάσις eſt æquabilis. Porro Palimbacchius quiſque diuiditur in 2 & 3 tēpora. Hoc modo igitur percuties. Siletur autē breuis ſyllaba, quæ deſideratur in fine, vt impleatur vltimus Palimbacchius.

VII. Eſt Trimeter Iambicus βραχυκατάληκτος.

VIII. Conſtat ex dipodia Iambica, Choriambo, & Iambica rurſus dipodia in fine. Suauis eſt βάσις pedum, tum propter numerum temporū æqualē, tum etiam propter æqualem percuſſionē. Nam vt Choriambus ſex tempora, ita διποδία Iambica ſex habet tempora: & vt διποδία Iambica diuiditur in 3 & 3, ita Choriambus in tria & tria.

IX. In prima, ſecunda & tertia ſedibus, habet Iābos, in quarta Choriambū, in quinta Iambum. Supereſt in fine prior pars Iambi, cuius poſterior ſiletur. Eſt quidē æqualitas in percuſſione quædā, ſed ſua-

uior, ſi dipodia Iambica vtrinque clauderet Choriambum, haberetur. Scribas igitur hoc modo,

κὼ λέχιον νεῦμα ποδῶν φέρον πίσυνε.

Vides, tralato vocabulo *φέρον*, verſu eſſe concinnũ, & dipodiam Iambicam vtrinque claudere Choriambum. Ac ſyllaba quidem vltima excedit præcedentem: aliàs non differt ab illo menſura & percuſſione.

x. Eſt ſimilis ei quem Iambelegum vocāt, ſed prius *κῶλον* eſt *ἑφθημιμερὲς*, quod vulgò eſſe ſolet *πενθημιμερές*: poſterius *κῶλον* eſt Dimeter Dactylicus *πενθημιμερής*.

x i. Eſt purus Anapæſticus, ſi Spondæum vnum in Anapæſtum reſoluas.

x i i. Eſt totus Pæonicus. Primus pes, ſecundus, & tertius, ſunt Pæones primi: vltimus eſt Pæon tertius, clauditque verſum. At ſyllabā quidem *ῥυ* in *ῥυθμὸν* corripimus, & *θμ*, *ἐν συλλήψει* efferimus, *οὐκ ἐν διαστάσει*. Hoc modo Theocritus corripuit *ρι* in *ἀριθμεῦντι*, εἰδυλλ. ή,

Χ' ἁ μάτηρ· τὰ δὲ μᾶλα ποθ' ἑσπέρα πάντ' ἀριθμεῦντι.

Quòd ſiquis alio modo dimetiri velit, vt ſecundum *κῶλον* conſtet ex Dactylis, *ῥυθμὸς* non erit ita ſuauis. Sed ſint Pæones omnes, erit ſuauis concordia tum propter æqualem quinque temporum numerum, tum propter percuſſionem æqualē. Potes enim hoc modo ſingulos hos Pæonas percutere, vt diuidantur in 2 & 3.

x i i i. Eſt *πολυσχημάτιστος*. Commodè hoc modo metiri poſſumus, vt dipodia primo loco conſtet ex Iambo & Spondæo, quam ſequatur Choriambus, quibus annexus eſt dimeter *ἀκατάληκτος*. Sed quum ſit *πολυσχημάτιστος*, partiamur in duo *κῶλα*.

Prius κῶλον διποδίαν & Choriambum complectitur: poſterius dimetrum ἀκατάληκτον. Prioris κώλου διποδία ſeptem, Choriambus ſex ſimul tredecim tempora reddent. Eſt quidē inæqualitas inter ſex & ſeptem, ſed non magna. Poſterioris κώλου duæ dipodiæ, ſeptē & ſeptē reddent tempora, hoc eſt 14 ſimul. Nunc conferamus vtrunque κῶλον. Prius κῶλον 13, poſterius 14 reddit tēpora. Vides inter 13 & 14 inſignem non eſſe inæqualitatem.

XIIII. Eſt etiam πολυσχημάτιστος. Ac prius quidē κῶλον conſtat ex Diſpōdæo & Choriambo: poſterius ex Anapæſto, Iambo, & Choriambo. Ex Anapæſto dico. nam duæ priores ſyllabæ vocis πυκνότητα hic ſunt breues. Cæterum in his πολυσχηματίστοις non obſeruatur tanta ἀκρίβεια in percuſſione pedum. Quare magis ad ſolutā orationem accedunt.

XV. Conſtat ex Pæonicis ſecundis & primis.

XVI. Habet duo κῶλα: quorum prius conſtat ex Ionicis à minore: poſterius, quod eſt (τοῖς δὴ δαίμων, &c.) conſtat Spōdæo, Anapæſtis & Iambis. Hinc etiam δαίμων efficitur triſyllabum.

XVII. Huius pedes omnes ſunt quinque temporū. Quare ſuauis eſt conſenſus in numero tēporū. Duo priores ſunt pæones primi: in tertio loco eſt pæon tertius: in quarto Creticus: itémq; in quinto. lego enim μολπαῖσι. Supereſt vna ſyllaba quæ claudit verſum.

XVIII. Hic verſus duo habet κῶλα: quorū prius conſtat Anapæſto & tribus Spondæis. Poſterius cōſtat duobus Moloſſis (nimirum vt exprimatur grauiſſima ſolicitudo matris) & Choriambo.

XIX. Hic quoque verſus duo habet κῶλα: quorum prius cōſtat Anapæſto & tribus Iambis: poſterius

conſtat Anapæſto & duobus pæonibus quartis.

x x. Et hic verſus duo habet *κῶλα*: ſed vtriuſque *κώλου* pedes non diſcrepãt tẽporibus. Sunt enim quinque temporum omnes. prius *κῶλον* conſtat duobus pæonibus quartis, poſterius conſtat duobus Creticis, & duabus prioribus ſyllabis, ſeu partibus Cretici. lego enim *ἀβρῶτι*: hoc eſt auido, ſeu famelico.

x x i. Huius *κῶλον* prius eſt Dimeter Iambicus *ἀκατάληκτος*: poſterius eſt Trimeter *βραχυκατάληκτος*. Pedes *κώλου* prioris inter ſe conueniũt, quod attinet ad æqualitatẽ temporis & percuſſionis: excepto vno Spondæo, quem tamẽ vſus admiſit. *κώλου* poſterioris omnes conueniunt vtroque modo.

x x i i. Omnes habet *πεντασήμους*: primum & ſecundum & tertium Creticos, quartum Bacchium, qui omnes & numero temporũ, & percuſſione ſunt æquales. Anapæſtus claudit verſum, cui deeſt ſyllaba vt ſit *πεντάσημος*.

x x i i i. Eſt Iambicus. In prima ſede Anapæſtũ, in tertia Dactylũ habet. Nã duas priores in *ἀριθμὸν* corripio, vt apud Theocritum,

-μᾶλα τῷδ' ἐπὶ βάρ πάντ' ἀριθμεῦντι.

x x i i i i. Huius omnes ſunt Cretici. Scribimus *νεῖμα* à *νέμω*.

x x v. Huius pedes omnes ſunt *πεντάσημοι*. Primus eſt Pæon tertius: ſecundus eſt Pæon quartus: tertius eſt Bacchius.

x x v i. Huius duo pedes ſunt Cretici: quæ ſuperſunt duæ ſyllabæ quatuor tempora poſſunt reddere, vt ſileatur vnum.

x x v i i. x x v i i i. x x i x. Dimẽſio eſt facilis.

ΣΙΜΜΙΟΥ ΤΟΥ ΡΟΔΙΟΥ

Πτερύγιον.

Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου ἄνακτ᾽ ἀκμονίδαν, ταὶ ἄλα θ᾽ ἑδράσαντα,
Μηδὲ τρέσῃς εἰ, τόσος ὢν, δάσκια καὶ λάχνα φέρω γένεια·
Τᾶμος ἐγὼ γὰρ γενόμαν, ἀνίκ᾽ ἔκριν᾽ ἀνάγκα·
Παίτα δ᾽ ὑπείκεσκε φρένεσι λυγραῖς,
ἑρπεθ᾽ ἅπανθ᾽ ὅσ᾽ ἕρπει
δι᾽ αἴθρας,

χάους τε.
Οὔτι γε Κύπριδος παῖς·
Ὠκυπέτας δ᾽ αὐτὸς Ἔρος καλεῦμαι.
Οὔτι γὰρ ἔκρινα βιάζειν, παράγω δὲ πειθοῖ·
Γαῖα, θαλάσσας τε μυχοὶ, οὐρανίων πᾶς τε θεός μοι εἶκει.
Τᾶν δ᾽ ἐγὼν ἐκνοσφισάμαν ὠγύγιον σκᾶπτρον, ἐκράινά τέ σφιν θέμιστας.

Alæ.

Intuere me, qui ſum telluris vaſti thoracis rex, cœlúmque & mare qui condidi.
Neque horreas ſi (quum ſim tantus) denſum & hirſutum fero mentum.
Tunc enim ego natus ſum quando viſum eſt neceſſitati :
Omnia autē obtēperabant [eius] voluntati grauiſſimæ,
animaliáq; omnia, quacunq; [nunc] peragrāt
aeris regionē,

& Chaos.
Neque verò [ſum] Veneris filius :
Pernix tamen ipſe Amor nominor :
Neq; n. mihi decretū eſt vi pertrahere, ſed leniter adduco perſuaſione.
Tellus, mariſque receſſus, cœleſtium etiam quilibet deus mihi cedit.
Ab his ego remoui vetus ſceptrum, & conſtitui ipſis iura.

HYPOTHESIS ALARVM
Simmiæ Rhodii.

QVVM veteres philoſophi, qui ante Ariſtotelem vixerunt, in ſumma ignoratione principiorũ naturalium verſarentur, aliíque alia ſtatuerent principia, nec ſibi ipſis conſtarent: vnus aut alter repertus eſt qui cauſam aliquam compellente quaſi veritate ſtatuerit. Ac Anaxagoras quidem Νοῦν dixit eſſe cauſam: priùs etiam inueſtigauit cauſam Hermotimus. Sed primum cauſam ποιοῦσαν, ὅθεν ἡ κίνησις; Heſiodum inueſtigaſſe veriſimile eſt, & ſiquis alius Ἔρωτα ſeu Ἐπιθυμίαν vt principiũ rerum omniũ propoſuit. Hos igitur ſequutus poeta noſter inducit Ἔρωτα ipſum alatum, hirſutum & hiſpidum, qui ſui originem narrat, ſéque omnium primum, aliorúmque omnium, atque adeo deorum ipſorum autorem aſſerit. ſe quidem non eſſe Cupidinem illum Veneris filium imberbem & effœminatum, ſed Ἔρωτα illũ qui omnia vindicarit in libertatem formæ quæ olim fatali & deformi Priuationis imperio coercebãtur: ſe denique omnibus iura ſtatuiſſe, legéſque dediſſe prædicat.

SCHOLIA IN ALAS Simmiæ Rhodii.

CVM hypotheſis ipſa debeat eſſe ſimplex, clara & perſpicua, noluimus noſtram *πτερυγίου* hypotheſin onerare teſtimoniis & autoritatibus veterum, ſed con ſultò in hunc locum diſtulimus. Ac primùm quidem Ariſtotelem teſtem locupletiſſimum laudabimus, qui libro *τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ά*, ea ſcripta reliquit quæ interpretationi huius *πτερυγίου* magnã lucem afferre poſſint. Primùm oſtẽdit veteres phyſicos, quum ordinẽ in rerum natura mirabilem animaduerterent, cõpellente veritate, cauſam aliquam inueſtigaſſe: *Μετὰ δὲ τούτους καὶ τὰς τοιαύτας ἀρχάς, ὡς οὐχ ἱκανῶν οὐσῶν γεννῆσαι τὴν τῶν ὄντων φύσιν, πάλιν ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, ὥσπερ εἴπομεν ἀναγκαζόμενοι, τὴν ἐχομένην ἐζήτησαν ἀρχήν. τοῦ γὰρ εὖ καὶ καλῶς τὰ μὲν ἔχειν, τὰ δὲ γίγνεσθαι τῶν ὄντων, ἴσως οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο τῶν τοιούτων οὐδέν, οὔτ' εἰκὸς αἴτιον εἶναι, οὔτ' ἐκείνους εἰκὸς οἰηθῆναι· οὐδ' αὖ τῷ αὐτομάτῳ καὶ τύχῃ τοσοῦτον ἐπιτρέψαι πρᾶγμα καλῶς ἔχειν.* Deinde docet Anaxagorã *νοῦν* ſtatuiſſe cauſam, & ante hunc Hermotimum Clazomenium ca⸱ſæ meminiſſe: *Νοῦν δή τις εἰπών, καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις, καὶ ἐν τῇ φύσει τὸν αἴτιον, καὶ τοῦ κόσμου, καὶ τῆς τάξεως πάσης, οἷον νήφων ἐφάνη, παρ' εἰκῆ λέγοντας τοὺς προτέρους. φανερῶς μὲν οὖν Ἀναξαγόραν ἴσμεν ἁψάμενον τούτων τῶν λόγων. Αἴτιον δ' ἔχει πρότερον Ἑρμότιμος ὁ Κλαζομένιος εἰπεῖν.* Poſtremò docet non defuiſſe qui talẽ cauſam inueſtigarent, vnde motus ineſſet rebus, vt qui *Ἔρωτα* & *ἐπιθυμίαν* cauſam eſſe voluerunt: *Οἱ μὲν οὖν οὕτως ὑπολαμβάνοντες ἅμα τοῦ καλῶς τὴν αἰτίαν ἀρχὴν εἶναι τῶν ὄντων, ἔθεσαν καὶ τὴν τοιαύτην, ὅθεν ἡ κίνησις ὑπάρχει τοῖς οὖσιν. ὑποπτεύσειε δ' ἄν τις Ἡσίοδον πρῶτον ζητῆσαι τὸ τοιοῦτον, κἂν εἴ τις ἄλλος Ἔρωτα ἢ*

ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχὴν, οἷον καὶ Παρμενίδης. καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν, πρῶτον μὲν, φησὶν, Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ, Πάντων μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος. ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισι. ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ αἰτίαν, ἥτις κινήσει καὶ συνάξει τὰ πράγματα. Hactenus Ariſtotelis verba, quæ nullo modo potuimus prætermittere. Reliqua deinceps ſigillatim declarabimus.

Λεῦσσέ με τὸν γᾶς τε βαθυστέρνου] Sentẽtia, Intuere me, qui ſum rex totius terrarum orbis, quíque cœlum & mare ipſum cõdidi. Hæc Ἔρος ipſe de ſe dicit. Quòd autem Ἔρως ſit alatus, & vniuerſum hoc ediderit, intelligemus ex Ariſtophanis loco, qui eſt in comœdia ὀρνίθων: quo in loco ὄρνιθες gloria & prædicatione ſe efferunt, ὅτι εἰσὶ Ἔρωτος γένος.

Προσέχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν αἰὲν ἐοῦσι
Τοῖς αἰθερίοις, τοῖσιν ἀγήρως, τοῖσιν ἄφθιτα μηδομένοισιν,
Ἵνα ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων
Φύσιν οἰωνῶν, γένεσίν τε θεῶν, ποταμῶν τ' ἐρέβους τε χάους τε
Εἰδότες ὀρθῶς, Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.
Χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς,
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός.

Οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ, κατὰ τάρταρον εὐρὺν
Ἐνεόττευσε γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
Πρότερον δ᾽ οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.
Ξυμμιγνυμένων δ᾽ ἑτέρων ἑτέροις, γένετ᾽ οὐρανὸς, Ὠκεανός τε
Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. ὧδε μέν ἐσμεν
Πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων. ἡμεῖς δ᾽ ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,
Πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθα γὰρ, καὶ τοῖσιν Ἔρωσιν σύνεσμεν.

Μηδὲ τρέσῃς εἰ, τόσος ὢν] Sententia, Noli exhorreſcere quiſquis me vides & intueris, quòd hirſutus & hiſpidus ego ſim, præ me ferẽs infinitas ſeculorum ætates. Mirum certè non eſt, quum me ætate grandior nullus ſit. Quare quũ dixit τόσος ὢν, perinde eſt acſi dixiſſet, τηλικοῦτος ὢν, quum præſertim adeo ſim grandæuus. Πρότερον δ᾽ οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα, vt dictum eſt.

Γάμος γὰρ γενόμαν] Quomodo natus eſt Ἔρως, antè vidimus. Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠόν. Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός. Tunc igitur (inquit) natus ſum quum ita viſum eſt neceſſitati, περιτελλομέναις ὥραις, hoc eſt, ſublato impedimento priuationis: qua permanente naſci non poteram. Sed quum veteres illi, propter ἀπαιδευσίαν, non poſſent diſtinctè cernere materiam, formam, & priuationẽ, idcirco monſtra opinionum obtruſerunt, atque noctem, ἀνάγκην, & Ἔρωτα ipſum commenti ſunt.

Quúmq; duplex ſit ἀνάγκη (ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν καὶ τὴν ὁρμὴν, ἡ δὲ βιαία ἡ παρὰ τὴν ὁρμὴν) dixerunt obſcurè ἀνάγκην fuiſſe βιαίαν καὶ κακοποιὸν illam quæ impediret ortum rerum.

Παίτα δ' ὑπείκεσκε φρένεσσι λυγραῖς] Sentẽtia: priuatio illa in materia neceſſariò coercebat omnia, priuſquam exortus eſſem ego, qui res omnes in lucem edidi: quare verba hæc, φρένεσσι λυγραῖς ſeu λυκταῖς, referenda ſunt ad priuationem quæ adhæreſcebat materiæ primæ. quam priuationem, vt diximus, nullus veterum præter Ariſtotelem, apertè & clarè videre potuit. Quamobrem obſcurè etiam hîc exprimitur. Cur autẽ appellet φρένας λυγρὰς, ex Ariſtotelis loco quodam intelligemus, φυσικῆς ἀκροάσεως α', ſub finem: Ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα τῇ μορφῇ, συναιτία τῶν γιγνομένων ἐστὶν, ὥσπερ μήτηρ. ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῆς ἐναντιώσεως πολλάκις ἂν φαντασθείη τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς ἐνατενίζοντι τὴν διάνοιαν, οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν. ὄντος γάρ τινος θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι, τὸ δὲ ὃ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. Quo in loco contra Platonem aſſerit Materiam nequaquam eſſe non Ens, quum ſit ὥσπερ μήτηρ τῶν γινομένων καὶ συναιτία. Priuatio potius, non ens eſſet appellanda. Eſt enim κακοποιὸς priuatio, quia conſtituit in materia non Ens. Contrà forma ipſa (quam iſti vocant Ἔρωτα) eſt ἀγαθοποιός. Quòd ſi materia eſſet non ens, & proinde malum: materia appetens formam, appeteret bonum, hoc eſt, ſui interitum. Ex his intelligimus illud λυγραῖς φρένεσσι referendum eſſe ad Priuationem, quam veteres vt apertè nunquam mente peruiderunt, ita obſcurè verbis adumbrarunt, propter ἀπαιδευσίαν, vt dictum eſt.

Ἑρπεθ' ἅπαντ' ὅσ' ἕρπει] Nempe animalia omnia, quæ tunc nondũ erant, nunc verò ſunt, peragrántque aerem & terram. Nam ἑρπετὸν & ζῶον nonunquam idem ſignificant, quanuis ζῶον propriè latius pateat quàm ἑρπετόν.

Τῶν δ' ἐγὼν ἐκνοσφισάμην] Duo præcedẽtes & hic verſus mirum in modum corrupti legebantur. Nã verba ſcholiaſtæ pro veris & genuinis poetæ verbis ſubſtituta fuerunt, quædam etiam ipſius poetæ verba ex ſuo loco in alterum tralata. Sententia huius verſus hæc eſt, Totum hoc vniuerſum, atque adeo deos ipſos liberaui vetere illo triſtiſſimo Priuationis imperio: ipſe quoque iura & leges omnibus conſtitui. Quare de vniuerſo genere rerum benè meritus ſum. Cæterùm κραιαίνω verbum eſt poeticum, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ, Iliad. primo.

Verſus omnes ſunt Choriambici, qui Bacchio clauduntur, & gradatim decreſcunt ad vnicum vſque Bacchium. Vnius alæ primum verſum primo alterius retulit poeta, ſecundum ſecundo, tertium tertio, & ſic deinceps.

Πέλεκυς, κατὰ δέ τινας Θεοκρίτου.

Ἀνδροθέᾳ δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθάνᾳ,
Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ᾐθάλωσε,
Οὐκ ἐναρίθμιος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν,
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον,
Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ
Τὸν ὄλβος

Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖσιν ὃς δύρε Ῥόδοι γεγαὼς πολύτροπα μουσῶος μέτρα μολπᾶς.

Ὤπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν, ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος,
Δαρδανιδᾶν δ' ἐσυφέλιξ ἐκ θεμέθλων ἄνακτας,
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμα κόμιζε δυσκλεής.
Σὰν χάριν, ἁγνὰ πολύβουλε Παλλάς.
Ἵλαος ἀμφιδέρχθης·
Ἀεὶ πνεῖ.

Securis.

Fortiſſimæ deæ dono Phocẽſis (robuſtiſſimi inuenti gratiã referẽs) Mineruæ,
Tunc quũ ſacram fato ignifero urbem concremauit:
Nõdũ numerat⁹ inter prĩcipes ꝓpugnatores populorũ:
Nunc uerò Homericam ingreſſus eſt uiam
Ter beatus quem tu omnino
Hic felicitatem

Quæ Biõ inclytis cecinit dũs, ꝙ reperit, Rhodi quũ eſſet, multiplicia ſolus metra carminis.

Semper redolet.
Propitia circumſpexeris.
Quæ tua eſt gratia, caſta, o multi cõſilii Pallas.
Sed à fontibus purum liquorem importabat inglorius,
Ac Dardanidarum fundi tus euertit reges,
Dedit Epeus ſecurĩ, qua quõdã turriũ à diis extructarũ diſturbauit verticẽ.

Πέλεκυς, κατὰ δέ τινας Θεοκρίτου.

Ἀνδροθέᾳ δῶρον ὁ Φωκεὺς κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων Ἀθάνᾳ,
Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσε,
Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν,
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον,
Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ
Τὸν ὄλβος

Τὸν Βίον κλυτοῖς ἦσε θεοῖσι ὃς ὦρσε Ῥόδοι γεγαὼς πολύβοτα μουσῶν μέτρα μολπᾶς.

Ἀεὶ πνέει.
Ἵλαος ἀμφιδέρχθης·
Σαὶ χάριν, ἁγνὰ ὦ πολύβουλε Παλλάς.
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμα κόμιζε δυσκλεής.
Δαρδανιδᾶν δ' ἐσυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας,
Ὤπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν, ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος,

Securis.

Fortiſsimæ deæ dono Phocẽſis (robuſtiſsimi inuenti gratiã referẽs) Mineruæ,
Tunc quũ ſacram fato ignifero urbem concremauit:
Nõdũ numerat⁹ inter prĩcipes ꝓpugnatores populorũ:
Nunc verò Homericam ingreſſus eſt viam
Ter beatus quem tu omnino
Hic felicitatem

Quæ Biõ inclytis cecinit dũs, q̃ reperit, Rhodi quũ eſſet, multiplicia ſolus metra carminis.

Dedit Epeus ſecuri, qua quõdã turriũ à diis extructarũ diſturbauit verticẽ,
Ac Dardanidarum fundiτus euertit reges,
Sed à fontibus purum liquorem importabat inglorius.
Quæ tua eſt gratia, caſta, o multi cõſilii Pallas.
Propitia circumſpexeris.
Semper redolet.

HYPOTHESIS SECVRIS SIMMIAE RHODII, vel (vt alii volunt) Bionis.

EPEVS Panopei filius, Achiuorum quondam coquus, vt Plautus & Marcus Varro ſcripſerunt, à Minerua dea ſapientiæ omniúmque artium parente excitatus, equum Durateum ab Homero aliiſq; poetis tantopere celebratum fabricatus eſt: in cuius vtero incluſi duces & principes viri Græcorum in vrbē ab ipſis Troianis tantæ proditionis ignaris introducti ſunt. Parta Græcis victoria tādem ex ignobili & inglorio Epeus factus eſt nobiliſſimus & celeberrimus, neque iam vt coquus habitus, ſed vt artifex ſummus, & penè dux inter Græcos maximus ab Homero honorificè celebratus eſt, & memoriæ poſterorum commendatus. Qua igitur ſecuri vſus eſt in fabricatione equi Durii, hāc ipſam Mineruæ donat & cōſecrat, propter inuentum illud piam & debitam deæ gratiam referens.

SCHOLIA IN
Securim.

ΑΝΔΡΟΘΕΑ *δῶρον ὁ Φωκεὺς*] Ariſtoteles in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων in hanc ſententiam de Epeo ſcripſit, Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν τὴν καλουμένην Καλαβρίαν, ἐγγὺς Μεταπόντου, Ἀθηνᾶς ἱερὸν εἶναί φασιν Ἑλληνίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς τὸν Δούρειον ἐποίησεν ἵππον, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος. φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα· καὶ διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα τῆς ἀναγωγῆς, εἰλεῖσθαι ἐν τῷ τόπῳ, μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι· ὅθεν Ἑλληνίας Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται. Cæterùm ſunt qui Equum hunc exiſtiment fuiſſe machinam bellicam, vt Vitruuius & alii.

Πύργων θεοτεύκτων] Quum Apollo & Neptunus Ilium mœnibus cingere vellent, AEacum aſciuerũt laboris conſortem & ſocium, quoniam fatis decretum erat Ilium exciſum iri. quod fieri non poterat niſi parte aliqua murorum à mortali extructa. Quare mœnia Troiæ à diis quidem extructa fuerunt, à Neptuno nimirum & Apolline, ſed non omni ex parte, vt fato daretur locus. Horum omniũ meminit Pindarus in Olymp. εἰδυλλ. η', cuius hæc ſunt verba,

Τὸν (.i. AEacum) παῖς ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον,
Ὀρνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν] Sentẽtia: Τᾶμος, tunc quum Minerua cum Epeo euertit funditus Ilium, Epeus nondum numeratus erat inter propugnatores Achiuorum, ſed inglorius importabat aquam. hoc eſt, coquus erat & ὑδροφόρος, vt Plautus & Marcus Varro tradunt: quod in hypotheſi attigimus: nunc verò Homerico poemate nobilitatum eſt ipſius nomen. In verborum ordine quædam eſt obſcuritas: quare in hunc modum ordinabimus, Τᾶμος οὐκ ἐνάριθμος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν, ἀλλὰ δυσκλεὴς ὤν, vel γεγαὼς, ἐκόμιζε νᾶμα καθαρὸν ἀπὸ κρανᾶν. Caue dicas, Epeum non fuiſſe inter eos qui primùm ingreſſi ſunt Troiam, in aluo equi Durii latitantes. In his enim numeratur à ſummo poeta,

-læti que cauo ſe robore promunt,
Tiſandrus Sthenelúſq; duces, & dirus Vlyſſes,
Demiſſum lapſi per funẽ, Athamáſq;, Thoáſq;,
Pelidéſque Neoptolemus, primúſq; Machaõ,
Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.

Numeratur etiam à Tryphiodoro & Q. Calabro. Cæterùm Ἀχαιῶν irrepſerat in locum λαῶν, prorſus iniquè, vt oſtendit ratio verſus.

Νῦν δ' εἰς Ὁμήρειον ἔβα κέλαδον] Epei honorificã mentionem facit Homerus Ὀδυσ. θ'. Nam Demodocũ alloquitur Vlyſſes, hortatúrque hunc in modum,

Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.
Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλον ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεὺς,
Ἀνδρῶν ἐμπλήσας οἳ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν.

Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ ἵλαος ἀμφιδέρκῃς] Ter felix ille quem tu reſpicis & amplecteris. Eum enim ſempiterna comitatur felicitas: is denique totus

redolet felicitatem perpetuam. Hoc enim eſt τὸν ὄλβον ἀεὶ πνέει.

Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς] Hic verſus eſt λαβὴ ſeu manubrium ſecuris. Huius manubrii initium non debet excedere extra vtrunque vtrinque minimũ verſum, quoad fieri poteſt, vt figura ſecuris aliqua appareat. Cæterùm legebatur Βίνων, non Βίων: nos verò Βίων ſcribendum eſſe putamus. Quúmque Biones fuerint decem, vt ſcribit Laertius lib. 4, erit hic aut Bion Smyrnæus, aut Bion lyricus poeta. Quod autem in hoc verſu ſcriptum eſt, Ῥόδοι γεγαώς, poſſumus in hanc ſententiam reddere, Qui quum eſſet Rhodi. Nam Rhodi floruerunt olim literæ artéſque meliores: & γάω ſignificat ſum, naſcor, inhabito. Perſæpe quoque poetæ ſolent loci in quo aliquid ſcripſerunt meminiſſe. Hoc fecit maximus poetarum in fine Georgicorum,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti.

VERSVS ſunt Choriambici ἀντιθετικοί: clauduntur Bacchio, & gradatim decreſcunt ad vnum vſque vtrinque Bacchium, non ſecus atque in Alis: ſed hoc eſt diſcriminis, quòd in Alis digredimur à primo dextri lateris verſu ad primũ ſiniſtri, deinde à ſecundo dextri ad ſecundum ſiniſtri, & ſic deinceps, duntaxat verſuum cauſa: hîc autem & verſuum & ſententiæ gratia. Cæterùm quod attinet ad manubrium, ſeparatũ eſt ab vtraque ala bipennis, ratione verſuũ & ſententiæ. Nam hæc eſt ſententia, Hanc ſecurim Bion cecinit inclytis diis, qui quum eſſet Rhodi, reperit ſolus multiplicia metra carminis. Verſus autem eſt πολύθετος, ſeu πολυσχημάτιστος, vt ipſe poeta monet. Habet duo κῶλα,

quorum prius conſtat ex Cretico, Bacchio, Pæone tertio, & Choriambo. Poſterioris initium eſt vox γεγαώς: conſtátq; hoc κῶλον ex Pæone tertio, Choriambo, Palimbacchio, & Spondæo: cui deeſt vnũ tempus, vt ſit quinque temporum. Prius κῶλον vnum & viginti tempora, poſterius viginti tantùm habet. Quare inter vtrunque inæqualitas non eſt inſignis. Pedes quoque omnes ſunt quinque temporum, præter Choriambum, ſex temporum pedẽ: ſed neque inter quinque & ſex eſt inæqualitas inſignis. Porro percuſſionum ἀκρίβεια non ita obſeruatur ἐν πολυσχηματίστοις, vt iam antè monuimus, quia magis accedunt ad ſolutam orationem.

ΤΟΥ͂ ΑΥ᾽ΤΟΥ͂ ΣΙΜΜΙ´ΟΥ,

κατ᾽ δέ τινας ΘΕΟΚΡΙ´ΤΟΥ,

ΣΥ´ΡΙΓΞ.

EIVSDEM SIMMIÆ,
aut, ſecundú alios, THEOCRITI,
SYRINX,
id eſt FISTVLA.

ἐπιθυμίαν ἐν τοῖς οὖσιν ἔθηκεν ὡς ἀρχήν, οἷον καὶ Παρμενίδης. καὶ γὰρ οὗτος κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν, πρώτιστον μέν, φησὶν, Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων. Ἡσίοδος δὲ, Πάντων μὲν πρώτιστα χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος. ἠδ' Ἔρος, ὃς πάντεσσι μεταπρέπει ἀθανάτοισι. ὡς δέον ἐν τοῖς οὖσιν ὑπάρχειν τινὰ αἰτίαν, ἥτις κινήσει καὶ συνάξει τὰ πράγματα. Hactenus Ariſtotelis verba, quæ nullo modo potuimus prætermittere. Reliqua deinceps ſigillatim declarabimus.

Ἄθρει με τῆς γῆς τε βαθυστέρνου] Sentẽtia, Intuere me, qui ſum rex totius terrarum orbis, quíque cœlum & mare ipſum cõdidi. Hæc Ἔρος ipſe de ſe dicit. Quòd autem Ἔρως ſit alatus, & vniuerſum hoc ediderit, intelligemus ex Ariſtophanis loco, qui eſt in comœdia ὀρνίθων: quo in loco ὄρνιθες gloria & prædicatione ſe efferunt, ὅτι εἰσὶ Ἔρωτος γένος.

Προσέχετε τὸν νοῦν τοῖς ἀθανάτοις ἡμῖν αἰὲν ἐοῦσι
Τοῖς αἰθερίοις, τοῖσιν ἀγήρως, τοῖσιν ἄφθιτα μηδομένοισιν,
Ἵνα ἀκούσαντες πάντα παρ' ἡμῶν ὀρθῶς περὶ τῶν μετεώρων
Φύσιν οἰωνῶν, γένεσίν τε θεῶν, ποταμῶν τ' ἐρέβους τε χάους τε
Εἰδότες ὀρθῶς, Προδίκῳ παρ' ἐμοῦ κλάειν εἴπητε τὸ λοιπόν.
Χάος ἦν καὶ νὺξ, ἔρεβός τε μέλαν πρῶτον, καὶ τάρταρος εὐρύς,
Γῆ δ', οὐδ' ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν. ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροσι κόλποις
Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν,
Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός.

Οὗτος δὲ χάει πτερόεντι μιγεὶς νυχίῳ, κατὰ τάρταρον εὐρὺν
Ἐνεόττευσε γένος ἡμέτερον, καὶ πρῶτον ἀνήγαγεν ἐς φῶς.
Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα.
Ξυμμιγνυμένων δ' ἑτέρων ἑτέροις, γένετ' οὐρανὸς, Ὠκεανός τε
Καὶ γῆ, πάντων τε θεῶν μακάρων γένος ἄφθιτον. ὧδε μέν ἐσμεν
Πολὺ πρεσβύτατοι πάντων μακάρων. ἡμεῖς δ' ὡς ἐσμὲν Ἔρωτος,
Πολλοῖς δῆλον. πετόμεσθα γὰρ, καὶ τοῖσιν Ἔρωσιν συνέσμεν.

Μηδὲ τρέσῃς εἰ, τόσος ὤν] Sententia, Noli exhorreſcere quiſquis me vides & intueris, quòd hirſutus & hiſpidus ego ſim, præ me ferēs infinitas ſeculorum ætates. Mirum certè non eſt, quum me ætate grandior nullus ſit. Quare quū dixit τόσος ὤν, perinde eſt acſi dixiſſet, τηλικοῦτος ὤν, quum præſertim adeo ſim grandæuus. Πρότερον δ' οὐκ ἦν γένος ἀθανάτων, πρὶν Ἔρως συνέμιξεν ἅπαντα, vt dictum eſt.

Τᾶμος γὰρ γενόμαν] Quomodo natus eſt Ἔρως, antè vidimus. Τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ᾠόν. Ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστεν Ἔρως ὁ ποθεινός. Tunc igitur (inquit) natus ſum quum ita viſum eſt neceſſitati, περιτελλομέναις ὥραις, hoc eſt, ſublato impedimento priuationis: qua permanente naſci non poteram. Sed quum veteres illi, propter ἀπαιδευσίαν, non poſſent diſtinctè cernere materiam, formam, & priuationē, idcirco monſtra opinionum obtruſerunt, atque noctem, ἀνάγκην, & Ἔρωτα ipſum commenti ſunt.

Quúmq; duplex ſit ἀνάγκη (ἡ μὲν γὰρ κατὰ φύσιν καὶ τὴν ὁρμὴν, ἡ δὲ βιαία ἡ παρὰ τὴν ὁρμὴν) dixerunt obſcurè ἀνάγκην fuiſſe βιαίαν καὶ κακοποιὸν illam quæ impediret ortum rerum.

Πάντα δ' ὑπεείκασκε φρένεσσι λυγραῖς] Sentẽtia: priuatio illa in materia neceſſariò coercebat omnia, priuſquam exortus eſſem ego, qui res omnes in lucem edidi: quare verba hæc, φρένεσσι λυγραῖς ſeu λυκταῖς, referenda ſunt ad priuationem quæ adhæreſcebat materiæ primæ. quam priuationem, vt diximus, nullus veterum præter Ariſtotelem, apertè & clarè videre potuit. Quamobrem obſcurè etiam hîc exprimitur. Cur autẽ appellet φρένας λυγράς, ex Ariſtotelis loco quodam intelligemus, φυσικῆς ἀκροάσεως ά, ſub finem: Ἡ μὲν γὰρ ὑπομένουσα τῇ μορφῇ, συναιτία τῶν γιγνομένων ἐστὶν, ὥσπερ μήτηρ. ἡ δ' ἑτέρα μοῖρα τῆς ἐναντιώσεως πολλάκις ἂν φαντασθείη τῷ πρὸς τὸ κακοποιὸν αὐτῆς ἀτενίζοντι τὴν διάνοιαν, οὐδ' εἶναι τὸ παράπαν. ὄντος γάρ τινος θείου καὶ ἀγαθοῦ καὶ ἐφετοῦ, τὸ μὲν ἐναντίον αὐτῷ φαμὲν εἶναι, τὸ δὲ ὃ πέφυκεν ἐφίεσθαι καὶ ὀρέγεσθαι κατὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν. Quo in loco contra Platonem aſſerit Materiam nequaquam eſſe non Ens, quum ſit ὥσπερ μήτηρ τῶν γινομένων καὶ συναιτία. Priuatio potius, non ens eſſet appellanda. Eſt enim κακοποιὸς priuatio, quia conſtituit in materia non Ens. Contrà forma ipſa (quam iſti vocant Ἔρωτα) eſt ἀγαθοποιός. Quòd ſi materia eſſet non ens, & proinde malum: materia appetens formam, appeteret bonum, hoc eſt, ſui interitum. Ex his intelligimus illud λυγραῖς φρένεσι referendum eſſe ad Priuationem, quam veteres vt apertè nunquam mente peruiderunt, ita obſcurè verbis adumbrarunt, propter ἀπαιδευσίαν, vt dictum eſt.

Ἕρπεθ᾽ ἅπανθ᾽ ὅσ᾽ ἕρπει] Nempe animalia omnia, quæ tunc nondũ erant, nunc verò ſunt, peragrántque aerem & terram. Nam ἑρπετὸν & ζῷον nõnunquam idem ſignificant, quanuis ζῷον propriè latius pateat quàm ἑρπετόν.

Τῶν δ᾽ ἐγὼν ἐκνοσφισάμην] Duo præcedẽtes & hic verſus mirum in modum corrupti legebantur. Nã verba ſcholiaſtæ pro veris & genuinis poetæ verbis ſubſtituta fuerunt, quædam etiam ipſius poetæ verba ex ſuo loco in alterum tralata. Sententia huius verſus hæc eſt, Totum hoc vniuerſum, atque adeo deos ipſos liberaui vetere illo triſtiſſimo Priuationis imperio: ipſe quoque iura & leges omnibus conſtitui. Quare de vniuerſo genere rerum benè meritus ſum. Cæterùm κραιαίνω verbum eſt poeticum, τόδε μοι κρήηνον ἐέλδωρ, Iliad. primo.

Verſus omnes ſunt Choriambici, qui Bacchio clauduntur, & gradatim decreſcunt ad vnicum vſque Bacchium. Vnius alæ primum verſum primo alterius retulit poeta, ſecũdum ſecundo, tertium tertio, & ſic deinceps.

Πέλεκυς, κατὰ δέ τινας Θεοκρίτου.

Ἀνδροθέᾳ δῶρον ὁ Φωκεὺς, κρατερᾶς μηδοσύνας ἦρα τίνων, Ἀθάνᾳ,
Τᾶμος ἐπεὶ τὰν ἱερὰν κηρὶ πυρίπνῳ πόλιν ἠθάλωσε,
Οὐκ ἐναρίθμιος γεγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν,
Νῦν δ' ἐς Ὁμήρειον ἔβα κέλευθον,
Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ
Τὸν ὄλβος

Τὸν Βίον κλυτοῖς ἦσε θεοῖσιν ὃς εὗρε Ῥοδίοι γεγαὼς πολύξενα μουσῶν μέτρα μολπᾶς.

Ὤπασ' Ἐπειὸς πέλεκυν, ᾧ πόκα πύργων θεοτεύκτων κατέρειψεν αἶπος,
Δαρδανιδᾶν δ' ἐσυφέλιξ' ἐκ θεμέθλων ἄνακτας,
Ἀλλ' ἀπὸ κρανᾶν καθαρὸν νᾶμα κόμιζε δυσκλεής.
Σαὶ χάριν, ἁγνὰ ὦ πολύβουλε Παλλάς.
Ἵλαος ἀμφιδέρχθης·
Ἀεὶ πνέει.

Securis.

Fortiſſimæ deæ dono Phocẽſis (robuſtiſſimi iuuenti gratiã referẽs) Mineruæ,
Tunc quũ ſacram fato ignifero urbem concremauit:
Nõdũ numeratꝰ inter prĩcipes ꝓpugnatores populorũ:
Nunc uerò Homericam ingreſſus eſt uiam
Ter beatus quem tu omnino
Hic felicitatem

Quã Biõ inclytis cecinit dñs, q reperit, Rhodi quũ eſſet, multiplicia ſolus metra carminis.

Dedit Epeus ſecuri, qua quōdā turriū à diis extructarū diſturbauit uertice.
Ac Dardanidarum fundius euertit reges,
Sed à fontibus paruum liquorem importabat inglorius.
Quæ tua eſt gratia, caſta, o multi cõſilii Pallas.
Propitia circumſpexeris.
Semper redolet.

HYPOTHESIS SECVRIS SIMMIAE RHODII, vel (vt alii volunt) Bionis.

EPEVS Panopei filius, Achiuorum quondam coquus, vt Plautus & Marcus Varro ſcripſerunt, à Minerua dea ſapientiæ omniúmque artium parente excitatus, equum Durateum ab Homero aliiſq; poetis tantopere celebratum fabricatus eſt: in cuius ytero incluſi duces & principes viri Græcorum in vrbẽ ab ipſis Troianis tantæ proditionis ignaris introducti ſunt. Parta Græcis victoria tãdem ex ignobili & inglorio Epeus factus eſt nobiliſſimus & celeberrimus, neque iam vt coquus habitus, ſed vt artifex ſummus, & penè dux inter Græcos maximus ab Homero honorificè celebratus eſt, & memoriæ poſterorum commendatus. Qua igitur ſecuri vſus eſt in fabricatione equi Durii, hãc ipſam Mineruæ donat & cõſecrat, propter inuentum illud piam & debitam deæ gratiam referens.

SCHOLIA IN Securim.

ΑΝΔΡΟΘΕΆ δῶρον ὁ Φωκεὺς] Ariſtoteles in libello περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων in hanc ſentẽtiam de Epeo ſcripſit, Περὶ δὲ τὴν Ἰταλίαν τὴν καλουμένην Καλαβρίαν, ἐγγὺς Μεταπόντου, Ἀθήνας ἱερὸν εἶναί φασιν Ἑλληνίας, ἔνθα τὰ τοῦ Ἐπειοῦ λέγουσιν ὄργανα ἀνακεῖσθαι, ἃ εἰς τὸν δούρειον ἐποίησεν ἵππον, ἐκείνου τὴν ἐπωνυμίαν ἐπιθέντος. φανταζομένην γὰρ αὐτῷ τὴν Ἀθηνᾶν κατὰ τὸν ὕπνον ἀξιοῦν ἀναθεῖναι τὰ ὄργανα· καὶ διὰ τοῦτο βραδυτέρας τυγχάνοντα τῆς ἀναγωγῆς, εἰλεῖσθαι ἐν τῷ τόπῳ, μὴ δυνάμενον ἐκπλεῦσαι· ὅθεν Ἑλληνίας Ἀθηνᾶς τὸ ἱερὸν προσαγορεύεται. Cæterùm ſunt qui Equum hunc exiſtiment fuiſſe machinam bellicam, vt Vitruuius & alii.

Πύργων θεοτεύκτων] Quum Apollo & Neptunus Ilium mœnibus cingere vellent, AEacum aſciuerũt laboris conſortem & ſocium, quoniam fatis decretum erat Ilium exciſum iri. quod fieri non poterat niſi parte aliqua murorum à mortali extructa. Quare mœnia Troiæ à diis quidem extructa fuerunt, à Neptuno nimirum & Apolline, ſed non omni ex parte, vt fato daretur locus. Horum omniũ meminit Pindarus in Olymp. εἰδυλλ. ή, cuius hæc ſunt verba,

Τὸν (.i. AEacum) παῖς ὁ Λατοῦς, εὐρυμέδων τε Ποσειδᾶν,
Ἰλίῳ μέλλοντες ἐπὶ στέφανον
Τεῦξαι, καλέσαντο συνεργὸν
Τείχεος· ἦν ὅτι νιν πεπρωμένον,
Ὀρνυμένων πολέμων
Πτολιπόρθοις ἐν μάχαις
Λάβρον ἀμπνεῦσαι καπνόν.

Οὐκ ἐνάριθμος γιγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν] Sentētia: Τάμος, tunc quum Minerua cum Epeo euertit funditus Ilium, Epeus nondum numeratus erat inter propugnatores Achiuorum, ſed inglorius importabat aquam. hoc eſt, coquus erat & ὑδροφόρος, vt Plautus & Marcus Varro tradunt: quod in hypotheſi attigimus: nunc verò Homerico poemate nobilitatum eſt ipſius nomen. In verborum ordine quædam eſt obſcuritas: quare in hunc modum ordinabimus, Τάμος ἦν ἐνάριθμος γιγαὼς ἐν προμάχοισι λαῶν, ἀλλὰ δυσκλεὴς ὤν, vel γιγαὼς, ἐκόμιζε νᾶμα καθαρὸν ἀπὸ κρανᾶν. Caue dicas, Epeum non fuiſſe inter eos qui primùm ingreſſi ſunt Troiam, in aluo equi Durii latitantes. In his enim numeratur à ſummo poeta,

> -laxatique cauo ſe robore promunt,
> Tiſandrus Sthenelúſq; duces, & dirus Vlyſſes,
> Demiſſum lapſi per funē, Athamáſq;, Thoáſq;,
> Pelidéſque Neoptolemus, primúſq; Machaō,
> Et Menelaus, & ipſe doli fabricator Epeus.

Numeratur etiam à Tryphiodoro & Q. Calabro. Cæterùm Ἀχαιῶν irrepſerat in locum λαῶν, prorſus iniquè, vt oſtendit ratio verſus.

Νῦν δ' εἰς Ὁμήρειον ἵξα κέλευθον] Epei honorificā mentionem facit Homerus Ὀδυσ. θ'. Nam Demodocū alloquitur Vlyſſes, hortatúrque hunc in modum,

> Ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
> Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.
> Ὅν ποτ' ἐς ἀκρόπολιν δόλον ἤγαγε δῖος Ὀδυσσεύς,
> Ἀνδρῶν ἐμπλήσας οἳ Ἴλιον ἐξαλάπαξαν.

Τρισμάκαρ ὃν σὺ θυμῷ ἵλαος ἀμφιδέρκῃς] Ter felix ille quem tu reſpicis & amplecteris. Eum enim ſempiterna comitatur felicitas: is denique totus

redolet felicitatem perpetuam. Hoc enim eſt τὸν ὄλβον ἀεὶ πνέει.

Τὸν Βίων κλυτοῖς ἦσε θεοῖς] Hic verſus eſt λαβὴ ſeu manubrium ſecuris. Huius manubrii initium non debet excedere extra vtrunque vtrinque minimũ verſum, quoad fieri poteſt, vt figura ſecuris aliqua appareat. Cæterùm legebatur Βίνων, non Βίων: nos verò Βίων ſcribendum eſſe putamus. Quúmque Biones fuerint decem, vt ſcribit Laertius lib. 4, erit hic aut Bion Smyrnæus, aut Bion lyricus poeta. Quod autem in hoc verſu ſcriptum eſt, Ῥόδῳ γεγαώς, poſſumus in hanc ſententiam reddere, Qui quum eſſet Rhodi. Nam Rhodi floruerunt olim literæ arteſque meliores: & γάω ſignificat ſum, naſcor, inhabito. Perſæpe quoque poetæ ſolent loci in quo aliquid ſcripſerunt meminiſſe. Hoc fecit maximus poetarum in fine Georgicorum,

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudiis florentem ignobilis oti.

VERSVS ſunt Choriambici ἀντιθετικοί: clauduntur Bacchio, & gradatim decreſcunt ad vnum vſque vtrinque Bacchium, non ſecus atque in Alis: ſed hoc eſt diſcriminis, quòd in Alis digredimur à primo dextri lateris verſu ad primũ ſiniſtri, deinde à ſecundo dextri ad ſecundum ſiniſtri, & ſic deinceps, duntaxat verſuum cauſa: hîc autem & verſuum & ſententiæ gratia. Cæterùm quod attinet ad manubrium, ſeparatũ eſt ab vtraque ala bipennis, ratione verſuũ & ſententiæ. Nam hæc eſt ſententia, Hanc ſecurim Bion cecinit inclytis diis, qui quum eſſet Rhodi, reperit ſolus multiplicia metra carminis. Verſus autem eſt πολύμετρος, ſeu πολυσχημάτιστος, vt ipſe poeta monet. Habet duo κῶλα,

quorum prius conſtat ex Cretico, Bacchio, Pæone tertio, & Choriambo. Poſterioris initium eſt vox γεγαώς: conſtátq; hoc κῶλον ex Pæone tertio, Choriambo, Palimbacchio, & Spondæo: cui deeſt vnũ tempus, vt ſit quinque temporum. Prius κῶλον vnum & viginti tempora, poſterius viginti tantùm habet. Quare inter vtrunque inæqualitas non eſt inſignis. Pedes quoque omnes ſunt quinque temporum, præter Choriambum, ſex temporum pedẽ: ſed neque inter quinque & ſex eſt inæqualitas inſignis. Porro percuſſionum ἀκρίβεια non ita obſeruatur ἐν πολυσχηματίστοις, vt iam antè monuimus, quia magis accedunt ad ſolutam orationem.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂ ΣΙΜΜΊΟΥ,

κατὰ δέ τινας ΘΕΟΚΡΊΤΟΥ,

ΣΎΡΙΓΞ.

EIVSDEM SIMMIÆ, aut, ſecundú alios, THEOCRITI, SYRINX, id eſt FISTVLA.

Σ Υ΄ Ρ Ι Γ Ξ.

ΣΥ΄ΡΙΓΞ οὔνομ' ἔχεις, ἄδει δέ σε μήτρα σοφίης.
Οὐδενὸς εὐνάτειρα, μακροπτολέμοιο δὲ μᾶτερ,
Μαίας ἀντιπέτροιο θοὸν τέκες ἰθυντῆρα,
Οὐχὶ Κεράσταν, ὅν ποτε θρέψατο ταυροπάτωρ·
Ἀλλ' ἀπίλιπες ὃ αἶθε πάρος φρένα τέρμα σάκευς,
Οὗ νομ' ὅλον δίζων, ὃς τᾶς μέροπος πόθον
Κούρας γηρυόνας ἆθε τᾶς ἀνεμώδεος.
Ὃς μοίσᾳ λιγὺ πᾶξεν ἰοστεφάνῳ
Ἕλκος ἄγαλμα πόθοιο πυρισφαράγου,
Ὃς σβέσεν ἀνορέαν ἰσαυδέα
Παπποφόνου, Τυρίας τε ἀφείλετο.
Ὧ τόδε τυφλοφόρων ἐρατὸν
Πᾶμα Πάρις θέτο Σιμιχίδας
Ψυχάν. ὦ βροτοβάμων,
Στήτας οἶστρε δέτας,
Κλωποπάτωρ, ἀπάτωρ,
Λαρνακόγυιε, χαίροις,
Ἁδὺ μελίσδοις
Ἔλλοπι κούρᾳ
Καλλιόπᾳ
Νηλεύστῳ.

SYRINX.

SYRINX nomen habes, inſpirant autem te metra ſapientiæ.
Neminis ô cõiunx, è lõginquo verò pugnãtis mater,
Nutricis eius qui patri aduerſatus, celerem peperiſti actorem,
[habuit:
Non Ceraſten, quẽ olim nutriuit ea quæ taurũ patrẽ
Sed reliquiſti eũ cui⁹ quõdã torruit mẽtẽ ãbit⁹ ſcuti,
Cuius nomen totũ geminum, qui variæ vocis amorẽ
Puellæ vocalis incendit inſpirabilis:
Qui [Pan] Muſæ canorum cõpegit violis coronatæ
Hulcus delectamentum amoris ignei,
Qui extinxit virtutem cognominem
Interfectoris aui, & à [terra] Tyria ſuſtulit.
Cui [Pani] hunc peras portantium amabilem,
Theſaurum Paris poſuit Simichidas
Animo. ô calcator hominum,
Mulieris furor Lydæ,
Ex fure patre nate, patre carens,
O ſolidunglue ſalue,
Suauiter canas
Voce carenti puellæ
Pulchrè vocali
Inuiſibili.

ENARRATIO CARMINIS quod SYRINX inſcriptum eſt, VITI VVINSEMII.

TOTVM HOC idyllium eſt ænigmaticum, propter crebras metalepſes ruſticas, & breuiſſimas tantùm alluſiones ad hiſtorias ac fabulas: ob ſententias conciſas, & conſtructiones mutilas. Atque apparet, poetam ſtudio ſic luſiſſe, vt grammaticis quaſi crucem hîc figeret. Eſt autem nihil aliud quàm ἐπίγραμμα (id eſt, titulus, ſiue inſcriptio) Syringis, ſeu fiſtulæ ruſticæ, conſecratæ Pani paſtorum deo. Quaſi poeta dicat, Ego, iam opere meo ad finem perducto, fiſtulam dedicabo Pani, gratias agens pro labore feliciter peracto. Hæc ſumma eſt idyllii. Sũt autẽ initio duæ apoſtrophæ: prior ad ipſam Syringa, altera ad Penelopen, ex qua Pana fabulantur eſſe natum.

Mira autem hîc eſt fabularum & obſcurarum alluſionum varietas, quam de induſtria captauit poeta, vt & noua atque mirabilis eſſet epigrammatis forma, & ingenia inquirendi ſtudio excitarentur. Neque, ſicut in aliis, numerorum ratio eadem eſt: ſed ſubinde mutatur, vt videbimus. & quia Pani conſecratur fiſtula, déque eius natiuitate hîc fit mentio, ea nobis fabula exponenda eſt. Penelope, quum apud patrem Icarium adhuc in patria Lacedæmone viueret, & in montem Taygetum ad inſpicienda patris pecora egreſſa eſſet, conſpecta à Mercurio, & adamata atque appetita dicitur. Quúmque ea alio modo potiri non poſſet, in hircum ſeipſum

transformauit: atque ita ſub ſpecie hirci cum ea ludens,& admiſſus,ex ea genuit Pana, capite cornuto, barba & pedibus hircinis. Quem illa furtim natum,in vicinam Arcadiam ablegauit,vbi deinde & præcipuo honore cultus eſt. Alii ipſum ex promiſcuo procorum concubitu,abſente Vlyſſe, conceptum ferunt,& inde Pana dictum. Vnde & ſine patre natum ipſum Theocritus ait. Porro Pan Baccho ſocius expeditionis in Indiam fuiſſe dicitur: & Athenienſibus ope ſua peperiſſe victoriam cōtra Perſas,in campo Marathonio: vbi quū Miltiades cum hoſte congreſſurus eſſet,Pan exercitui Græcorū maiore quàm humana ſtatura præiiſſe dicitur, & nouo atque horribili ſono inflatæ conchæ hoſtibus terrorem incuſſiſſe: vnde ſubiti terrores & tumultus, quorum neque cauſa neque autores ſatis apparerent, poſtea prouerbiali figura Panici motus dicti ſunt. Ferunt autem,eum aliquādo irritaſſe Cupidinem: cuius impulſu cœpit amare Syringem puellam, quæ ab ipſo toto animo abhorrebat:quúmque eam fugientem perſequeretur, & puella ad Ladonem Arcadiæ amnem perueniſſet,ibiq; & curſu defatigata eſſet, & à flumine detineretur,nympharum opem implorauit. quarum commiſeratione in calamum paluſtrem transformata dicitur. Quem locum quum Pan ſubinde frequentaret, & calamos motu ventorum ſuauem ſibilum edere animaduerteret,ea occaſione, & memoria prioris amoris motus, ex illis ſibi fiſtulam compegit, quæ à nomine puellæ Syrinx appellata fuit.Et hîc Pani Syrinx,vt organum gratum,conſecratur.

V. 1. Syrinx nomen habes,inſpirant autem te metra ſapientiæ] Id eſt, Doctrina ſapientiæ numeris in-

cluſa, hoc genere inſtrumenti muſici, vel carminē bucolico hominibus traditur.

V. 2. Neminis cōiunx] Id eſt, ô Penelope vxor Vlyſſis, qui quū in antro Cyclopis captus teneretur, fraudem ſtruens, Neminē ſe vocari dixit. Ex longinquo pugnantis, ſeu longi Ptolemæi: id eſt, Telemachi: quæ vox idem ſignificat. Telemachus enim filius Vlyſſis, ex Penelope.

V. 3. Nutricis eius] Id eſt capræ Amaltheæ quæ Iouem infantem in monte Dictæo fertur aluiſſe, cuius poſtea cornu Iupiter affluenti omnium rerū bonarum copia compleuiſſe dicitur: idque κέρας ἀμαλθείας (id eſt, copiæ cornu) prouerbiali figura vocatum eſt. Per Amaltheam autem, intellige totam ſpeciem. Id eſt, peperiſti actorem ſeu ducem caprarum, id eſt, Pana. Ἀντιπάτροιο] id eſt, eius qui aduerſatus fuit, vel ſe oppoſuit patri: id eſt, Iouis, qui patrem Saturnum regno expulit. Virgilius 8, Æneid. Primus ab æthereo venit Saturnus Olympo, Arma Iouis fugiens, & regnis exul adēptis, &c. Et Claudianus De raptu lib. 1, -patefacta ciebo Tartara, Saturni veteres laxabo cathenas. Alii legunt αἰτιπέτροιο, id eſt Iouis: pro quo, Saturno ſaxum deuorandum mater obiecit, quum ille liberos mox natos deuoraret.

¶ Hucuſque habuimus tria Hexametra Dactylica, Acatalectica, id eſt, integra. Sequuntur iam duo Hexametra Dactylica Catalectica, quibus vna in fine ſyllaba deeſt. Vt diſcernat verò Pana à Siculo Comata (qui & ipſe celebris fuit inter paſtores caprarios) ideo hæc ſubiicit.

V. 4. Non Ceraſten] Id eſt, non illum dico, nempe Comaten.

V. 5. Sed reliquiſti eum] Scilicet à te genitum, ô Penelope. Id eſt, non dico Comaten, quem olim in arca incluſum aluerunt apes : quæ quum interierunt, ex tauri interfecti putreſcente corpore reparari ſolent, vt eſt in fine 4, Georg. Virg. vnde à tauro patre genitas dicit. Significat autem Ceraſtes ſeu cornutum, ſeu cincinnatum : id eſt Comaten. Quomodo verò Comates, quum ab impio & crudeli hero in arca, vt fame periret, concluſus eſſet, ab apibus Nympharum beneficio nutritus, & conſeruatus ſit, id ſuprà in Thalyſiis habuimus.

Cuius mentẽ torruit ambitus ſcuti] Id eſt, qui ſtudio & amore rerum militarium incenſus fuit: qui miles & dux belli fuit. nam Pan Bacchi ſocius & particeps rerum geſtarum in expeditione Indica dicitur fuiſſe. Torruit, incendit, ſtudio & amore incenſum tenuit. Ambitus ſcuti] Id eſt, ſcutum: hoc eſt, amor armorum & militiæ.

¶ Sequũtur ſextus & ſeptimus verſus, qui ambo ſunt Pentametri Dactylici Acatalectici, id eſt integri. non tamen ſicut pentametri elegiaci, ſed vt hexametri dactylici. quibus duo integra tempora deſunt : hoc eſt, vt verſus hexameter tantùm quinque pedes habeat regulariter.

V. 6 & 7. Cuius nomen totum geminum] Id eſt, cuius forma duplex eſt : nomine poſito pro forma: quia à forma rebus nomen imponitur. Qui incendit amorem] id eſt, qui incenſus fuit amore. eſt enim metallage mutatio generis. Puellæ *μέροπος*] .i. reddentis variã vocẽ. *Γηρυόνας*, i. vocalis, ſeu canoræ, à *γῆρυς*, quod vocẽ ſignificat *Ἀνεμώδεος*, hoc eſt, ſeu vẽtoſæ, ſeu inſpirabilis: quia quũ inſpiratur,

linguǽque & digitorum modulatio accedit, tunc illa vocum varia & dulcis harmonia efficitur. Eſt autē hæc ſentētia, Qui Pan amauit Syringa puellam, quæ ipſum fugiens (vt ſuprà dictum eſt) commiſeratione nympharum in arundinem transformata fuit. vnde poſtea Pan calamos ſumpſit, ex quibus Syringa compegit. Vt Virgilius, Pan primus calamos cera coniungere plures Inſtituit, &c.

Sequuntur octauus & nonus verſus, qui ſunt Pentametri, Dactylici, Catalectici: id eſt, deficiente in fine tempore vno integro: hoc eſt, vel ſyllaba longa, vel breuibus duabus. id enim verè tempus longum eſt in verſu, iuxta Græcorum grammaticorū commenſurationem.

V. 8 & 9. Qui Pan Muſæ, &c.] Id eſt, Pan primus gratificans Muſis, compegit fiſtulam ex pluribus calamis, vt ea eſſet lenimen amoris, qui velut ignis conſumit. Quod autē [hulcus] pro fiſtula ſumpſit, ea eſt metalepſis bucolica ſeu ruſtica. Nam [fiſtula] ſignificat & organum muſicum, & hulcus ἔπουλον, ſuppurulentum, ac difficulter curabile. Quum igitur nomen [Syrinx] vtrunque ſignificet, alterū pro altero, hulcus pro fiſtula ſeu inſtrumento, per commutatiōnē alterius pro altero, poni poteſt. Sicui libet de concha tortili & turbinata intelligere, qua pro tuba vtuntur, cuius inuentionem quoque Pani tribuunt, qui huius ſono ſubito pauore conſternatos hoſtes in præcipitem fugam egiſſe dicitur: cum eo equidem non pugnabo. ſed tunc minus quadrabit ad Amorem: dicit enim ἄγαλμα πόθοιο, ſeu ἔρωτος. πυρισφάραγος, ab igne laceratus: vel lacerans, ſicut ignis. ἐπίθετον conueniens amori. à σφαράττω, id eſt, lacero, vellico.

Decimum

Decimum & vndecimum ſunt Tetrametra, Dactylica, Acatalectica, id eſt integra: quibus in fine neque deſit quicquam, nec redundat. Et ſic videmus ſubinde verſibus tempora præcidi, vt breuiores fiant, ſicut fiſtula paulatim quaſi in pyramidis inuerſæ modum deſcendens anguſtior fit. Iam verò res geſtas Panis prædicat.

V. 10 & 11. Qui extinxit, &c.] Id eſt [qui Pan] quũ Athenienſes duce Miltiade cum Perſis eſſent dimicaturi in campo Marathonio, eo in loco Græcis auxilium tulit, atque repreſſit ferociam Perſarum, qui nomen cognatum habent cum Perſeo interfectore aui. Perſeus enim Acriſium, Argiuorum regem, auum maternum, ob crudelitatem erga ſe & matrem Danaen, interfecit. Ea fabula in fine quarti, & initio quinti libri Metamorphoſeωn commemoratur. Τυρίας τε ἀφείλετο]. Eſt hic comploſio vocalium ε & α. non enim fit eliſio, vtraque manẽte. Vocat autem [Tyriam] ſcilicet terram, ipſam Europam. nam ab Europa, filia Agenoris, regis Tyriorum, ea denominata dicitur. Alterum igitur nomẽ pro altero poſuit, per metalepſin: quum & Tyria à patria ſua dicta fuerit Europa. Eſt igitur ſententia, Pan Perſarum ferociam repreſſit, eóſq; ex Europa expulit.

V. 12 & 13. Ὦ τόδε τυφλοφόρον] Hæc duo ſunt Dactylica tetrametra catalectica, vna ſyllaba breuiora proximis, id eſt, in fine integrum tempus illis deeſt, quominus iuſtos tetrametri numeros compleant. nam vt ſuprà diximus, verſiculi paulatim decreſcunt, & ad breuitatem contrahuntur. Paris] id eſt, paſtor, metalepſis. nam & Paris paſtor fuiſſe dicitur, atque t unc eum iudicem formæ inter deas fuiſſe ferunt. Virgilius,

-Amarunt dii quoque ſyluas,
Dardaniúſque Paris,&c.

Paris Simichidas] id eſt, paſtor Simichi filius: ſicut & ſuprà ſe vocat Simichidam. eſt enim *ἀξιφρασις*: id eſt Theocritus. *θῆκε*, poſuit, conſecrauit Pani hunc theſaurum, ſeu hoc ornamentum. *πᾶμα*, poſſeſſio. Suprà eſt *πεπάσθαι*, de opibus Crœſi in Ergatinis, idyll. 10. *τυφλοφόρον*, cæca ferentium. Sic enim vox ſonat, & eſt iterum mirabilis *μετάληψις*. *τυφλὸς* enim cæcus, & *πηρὸς* cæcus. Sed *πήρα* peram ſignificat. ipſe verò rurſum propter cognationem alterum pro altero poſuit. Eſt ergo hæc ſententia, Cui Pani paſtor Theocritus conſecrauit hanc fiſtulam, theſaurum ſeu ornamẽtum paſtorum.

V. 14. *Ψυχὰν ὦ βροτοβάμων*] Hic vnus verſus eſt trimeter Dactylicus, integer *ἀκατάληκτικός*. Animo, regitur ab amabilem, in verſu altero ſuperiore.

Βροτοβάμων] hîc rurſus eſt metalepſis. *βροτοὶ* dicuntur homines. *βῶ* vado: inde *βροτοβάμων*, quaſi per homines gradiens. Et tamen non de hominibus, verùm de lapidibus & ſaxis loquitur, ex quibus humanũ genus Deucalionis tempore conditum ac reparatum fabulãtur. Vnde hoc eſt Virgilii, -quo tempore primùm Deucalion vacuum lapides iactauit in orbem, Vnde homines nati, durum genus, &c. Pan autem per ſcopulos & ſaxa ambulat, in ſolis montibus ac ſyluis degens. Quare eum calcatorem hominum vocat, id eſt lapidum: vnde humanum genus, quũ diluuio interiiſſet, reparatum eſſe fabulantur. Bucolica metalepſis, homo pro lapide vel ſaxo.

V. 15. Στήτας οἶστρε δέτας] Hæc tria quæ ſequũtur ſunt Dactylica, Trimetra, ſed Catalectica, quibus vnum integrum tempus in fine præciſum eſt. nam vno ex genere carminis ſubinde in fine ſucciſo concinnatur hæc Syrinx. Mulieris furor Lydæ] De amore Panos erga Omphalem reginam Lydorum loquitur. Ouidius idem de Fauno refert 2 Faſtorum. στήτη, vel στύτα, mulier, teſte Heſychio. δέτα, inter alia, pedica, vinculum. & ſuprà in piſcatoribus, λῆδα pro retibus ſeu vinculis poſuit. Eſt igitur metalepſis. Quòd autem hoc per η, alterum per υ ſcribitur, non obſtat: manet tamen alluſio pronuntiationis.

Alius Olympiadum Muſarum munera doctus,
Amabilis ſapientiæ modum aſſequitur:
Alium venerabilis iaculator Apollo vatem effecit,
Qui malum multo antè homini imminẽs prænouit,
Quocum dii cõuerſati fuerint. verùm fatalia prorſus
Nec vllum ſoluet augurium,neque ſacrificia.
Sunt qui Pæonis multa pharmaca tenentis opera exerceant,
Medici: & hos quoque nullus finis conſequitur.
Sæpe enim è modico dolore morbus fit magnus,
Quem nemo ſoluerit,blanda remedia præbens.
Alterum malis ægritudinibus & moleſtiis agitatum
Manibus contingẽs [quiſpiam] illicò ſanũ reddit.
Fatũ profectò mortalib' adducit mala,ſimul & bona:
Nec dona diuûm fugeris immortalium.
Omnibus ſanè factis periculũ ineſt: neq; quis digno-
Quis futurus ſit exitus,in principio negotii. [ſcit
Eſt qui rẽ aggredi quamoptimè ſibi proponit,ſed im
In magnã noxã difficilémque ruit. [prouidus,
Alteri opera ſua malè inſtituenti deus in omnibus
largitur

Συντυχίῃ ἀγαθὴν, ἔκλεσεν ἀφροσύνης.
Πλούτου δ' οὐδὲν τέρμα πεφασμένον ἀνδράσι κεῖται.
Οἳ γὰρ νῦν ἡμέων πλεῖστον ἔχουσι βίον,
Διπλασίως σπεύδουσι· τίς ἂν κορέσειεν ἅπαντας;
Κέρδεά τοι θνητοῖς ὤπασαν ἀθάνατοι·
Ἄτη δ' ἐξ αὐτῶν ἀναφαίνεται, ἣν ὁπότε Ζεὺς
Πέμψῃ τισομένην, ἄλλοτε ἄλλος ἔχει.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἡμετέρη δὲ πόλις κατὰ μὲν Διὸς οὔποτ' ὀλεῖται
Αἶσαν, καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος ὀβριμοπάτρη
Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει.
Αὐτοὶ δὲ φθείρειν μεγάλην πόλιν ἀφραδίῃσιν
Ἀστοὶ βούλονται χρήμασι πειθόμενοι.
Δήμου δ' ἡγεμόνων ἄδικος νόος, οἷσιν ἑτοῖμον
Ὕβριος ἐκ μεγάλης ἄλγεα πολλὰ παθεῖν.
Οὐ γὰρ ἐπίστανται κατέχειν κόρον, οὐδὲ παρούσας
Εὐφροσύνας κοσμεῖν δαιτὸς ἐν ἡσυχίῃ.

* * * *

Πλουτοῦσιν δ' ἀδίκοις ἔργμασι πειθόμενοι.

* * * *

Οὔθ' ἱερῶν κτεάνων, οὔτε τι δημοσίων
Φειδόμενοι, κλέπτουσιν ἐφ' ἁρπαγῇ ἄλλοθεν ἄλλος·
Οὐδὲ φυλάσσονται σεμνὰ Δίκης θέμεθλα.
Ἣ σιγῶσα σύνοιδε τὰ γιγνόμενα πρό τ' ἐόντα

Succeſſum bonum,& liberationem ab imperitia.
Porro diuitiarum hominibus nullus conſtitutus eſt terminus.
Nam qui nũc inter nos plurimum poſſident victũ,
Bis tãtum quærunt: quíſnam ſatiauerit omnes?
Aſtuta quidem mortalibus conſilia dederunt dii:
Sed emergit ex ipſis noxa: quam quum Iupiter
Miſerit vt pœnas ſumat, aliâs alius ipſam experitur in ſe.

EIVSDEM.

Noſtra verò vrbs nunquam occidet Iouis
Fato,& deorum immortalium ſententia.
Nam magnanima ſpeculatrix Ioue prognata
Pallas Minerua ſuis eam manibus protegit.
Ipſi autem celebrem vrbem ſubuertere ſtoliditate
Ciues volunt,pecuniis dediti.
Populíq; ducum mens iniuſta, quibus vſitatum eſt
Ex crebra iniuria plurimos ſibi dolores cõciliare.
Nequeunt enim ſatietatem capere, præſentémque
Victus iucunditatem moderari in tranquillitate.

* * * *

Diteſcunt verò iniuſtis operibus obſequentes.

* * * *

Neque ſacris poſſeſſionibus,neque ærariis
Parcentes, furantur direptionibus aliunde alius:
Neque ſancta iuſtitiæ ſcita curant,
Quæ tacens, præteritorum conſcia & præſentium,

Τῷ δὲ χρόνῳ πάντως ἦλθ' ἀποτισομένη.
Τοῦτ' ἤδη πάσῃ πόλει ἔρχεται ἕλκος ἄφυκτον,
  Εἰς δὲ κακὴν ταχέως ἤλυθε δουλοσύνην.
Ἣ στάσιν ἔμφυλον πόλεμόν θ' εὕδοντ' ἐπεγείρει,
  Ὃς πολλῶν ἐρατὴν ὤλεσεν ἡλικίην.
Ἐκ γὰρ δυσμενέων ταχέως πολυήρατον ἄστυ
  Τρύχεται ἐν συνόδοις τοῖς ἀδικοῦσι φίλοις.
Ταῦτα μὲν ἐν δήμῳ στρέφεται κακά· τῶν δὲ πενιχρῶν
  Ἱκνοῦνται πολλοὶ γαῖαν ἐς ἀλλοδαπὴν
Πραθέντες, δεσμοῖσί τ' ἀεικελίοισι δεθέντες.

* * * *

Οὕτω δημόσιον κακὸν ἔρχεται οἴκαδ' ἑκάστῳ,
  Αὔλειοι δ' ἔτ' ἔχειν οὐκ ἐθέλουσι θύραι·
Ὑψηλὸν δ' ὑπὲρ ἕρκος ὑπέρθορεν, εὗρε δὲ πάντως
  Εἴγέ τις ἢ φεύγων ἐν μυχῷ ἢ θαλά-
    μῳ.
Ταῦτα διδάξαι θυμὸς Ἀθηναίους με κελεύει,
  Ὡς κακὰ πλεῖστα πόλει δυσνομία παρέχει·
Εὐνομία δ' εὔκοσμα καὶ ἄρτια πάντ' ἀποφαίνει,
  Καὶ θαμὰ τοῖς ἀδίκοις ἀμφιτίθησι πέδας·
Τραχέα λειαίνει, παύει κόρον, ὕβριν ἀμαυροῖ,
  Αὐαίνει δ' ἄτης ἄνθεα φυόμενα·
Εὐθύνει δὲ δίκας σκολιάς, ὑπερήφανά τ' ἔργα
  Πραΰνει, παύει δ' ἔργα διχοστασίης·
Παύει δ' ἀργαλέης ἔριδος χόλον· ἔστι δ' ὑπ'
    αὐτῆς
  Πάντα κατ' ἀνθρώπους ἄρτια καὶ πινυτά.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἰ δὲ πεπόνθατε λυγρὰ δι' ὑμετέρην κακότητα,

Μήτε

Suo tempore omnino venit vt pœnas exigat.
Hinc ergo vniuerſæ vrbi venit immedicabile vlcus,
Incidítque repentè in moleſtam ſeruitutem,
Quæ ciuilem ſeditionem ſopitúmve bellum excitat,
Quod plurimorum iucundam ſubuertit ætatem.
Ab hoſtibus enim ſubitò ſuis vrbs amabilis
Opprimitur præliis, quæ amicos iniuria afficiunt.
Hæc quidē in populo mala accidūt: ſed ex pauperib'
Multi in peregrinam terram deueniunt
Venditi, vinculíſque indignis conſtricti.

* * * *

Sic publicum malū priuati cuiuſlibet ædes occupat,
Nec veſtibulares excludere illud poſſunt ianuæ.
Altos etiā ſuper muros tranſcēdit, & prorſus inuenit
Siue quis in latebras fugiat, ſiue in lecto ſe [abſ-
condat]
Horum monuiſſe animus me iubet Athenienſes,
Quòd plurima mala leges malæ vrbi conciliāt:
Leges verò bonæ modeſtiam & omnia recta pariūt,
Et ſæpe iniuſtis compedes iniiciunt.
Aſpera mitigāt, faſtidium ſedāt, iniuriam repellūt,
Malíque naſcentia diſperdūt ſemina:
Ius prauum corrigunt, elata corda
Manſuefaciunt, ſeditioníſque opera compeſcunt.
Reprimūt etiam acerbæ litis bilem: & geruntur, quū
eum regnant,
Omnia inter homines integrè & prudenter.

EIVSDEM.

Si autem mala paſſi eſtis ób malitiam veſtram,

Μή τι θεοῖς τούτων μοῖραν ἐπαμφέρετε.
Αὐτοὶ γὰρ τούτους ηὐξήσατε, ῥύσια
δόντες,
Καὶ διὰ ταῦτα κακὴν ἔσχετε δουλοσύνην.
Ὑμῶν δ' εἷς μὲν ἕκαστος ἀλώπεκος ἴχνεσι βαίνει,
Σύμπασιν δ' ὑμῖν χαῦνος ἔνεστι νόος.
Εἰς γὰρ γλῶσσαν ὁρᾶτε καὶ εἰς ἔπος αἰόλον ἀνδρὸς,
Εἰς ἔργον δ' οὐδὲν γιγνόμενον βλέπετε.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἐκ νεφέλης πέλεται χιόνος μένος ἠδὲ χαλάζης,
Βροντὴ δ' ἐκ λαμπρῆς γίγνεται ἀστεροπῆς·
Ἐξ ἀνέμων δὲ θάλασσα ταράσσεται· ἣν δέ τις αὐτὴν
Μὴ κινῇ, πάντων ἐστὶ δικαιοτάτη·
Ἀνδρῶν δ' ἐκ μεγάλων πόλις ὄλλυται· εἰς δὲ μονάρχου
Δῆμος ἀϊδρείῃ δουλοσύνην ἔπεσε.
Δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον κράτος ὅσον
ἐπαρκεῖ,
Τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν, οὔτ' ἐπορεξάμενος.
Οἳ δ' εἶχον δύναμιν, καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοὶ,
Καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.
Ἔστην δ' ἀμφιβαλὼν κρατερὸν σάκος ἀμφοτέροισι,
Νικᾶν δ' οὐκ εἴασ' ἀμφοτέρους ἀδίκως.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἀλλὰ σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ' ἀνάσσων
Τήν τε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον·
Αὐτὰρ ἐμὲ ξὺν νηὶ θοῇ κλεινῆς ἀπὸ νήσου
Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοστέφανος·

Ne cauſam illorum diis imputetis.
Ipſi enim eos [qui vos opprimunt] auxiſtis, dona
mittendo,
Eámque ob cauſam dura nũc premimini ſeruitute.
Veſtrûm autem quilibet vulpis incedit veſtigiis,
Omnibúſque vobis mens ineſt mollis.
Linguã enim hominis inſpicitis,& verſuta verba:
In opus verò quod ſit aggrediendũ, non intẽditis.

EIVSDEM.

Ex nube grandinéque niuis exiſtit vis,
Tonitrus quoque ex micante naſcitur fulgure:
A ventis autem mare turbatur: quod niſi quis
Moueat,omnium eſt iuſtiſſimum.
Per magnos viros ſæpe ciuitas perit,& in monarchæ
Seruitutem populus ex imprudentia venit.
Populo enim tantam permiſi poteſtatem quanta
ſufficiebat,
Nulli honorem vel detrahens vel tribuens.
Qui verò potentia eminebant,opibúſq; erãt ſuperbi,
His præcepi nequid præter decorum cõmitterent.
Valido verò muniui ſcuto vtroſque,
Et neutrã partẽ iniuſtè ſuperiorem eſſe conceſſi.

EIVSDEM.

Tu quidem Soliis diu hîc imperans,
Vrbémque genúſque veſtrum colas:
Sed me celere in naui ab inclyta inſula
Incolumem Venus violis redimita dimittat:

Οἰκισμῷ δ' ἔπι τῷδε χάριν καὶ κῦδος
ὀπάζοι.
Ἐσθλὸν, καὶ νόστον πατρίδ' ἐς ἡμετέρην.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος ἢ Σικινίτης
Ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος.
Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο,
Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων.
Εἶτα,
Ἴομεν εἰς Σαλαμῖνα, μαχησόμενοι περὶ νήσου
Ἱμερτῆς, χαλεπόν τ' αἶσχος ἀπωσόμενοι.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Δείξει δὴ μανίην μὲν ἐμὴν βαιὸς χρόνος ἀστοῖς,
Δείξει, ἀληθείης ἐς μέσον ἐρχομένης.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Οὐδὲ μάκαρ οὐδεὶς πέλεται βροτὸς, ἀλλὰ πονηροὶ
Πάντες ὅσους θνητοὺς ἠέλιος καθορᾷ.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ, ἢ Θεόγνιδος.

Τίκτει τοι κόρος ὕβριν, ὅταν πολὺς ὄλβος ἕπηται.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Παῖς μὲν ἄνηβος ἐὼν ἔτι νήπιος, ἕρκος ὀδόντων
Φύσας ἐκβάλλει πρῶτον ἐν ἕπτ' ἔτεσιν.

Τοὺς

Propterque habitationem hanc, gratiam largiatur & gloriam
Bonam, & reditum in patriam noſtram.

EIVSDEM.

Olim vtinam fuerim Pholegandrius aut Sicinites,
Ac mutata foret Attica terra mihi.
Nam ſubitò fama hæc hominum volitabit ad aures,
Atticus vnus adeſt qui Salamina fugit.
Quin Salamina igitur, ſarturi dedecus, imus,
Subdita quod nobis inſula reſtituet?

EIVSDEM.

Breue ſanè tempus meam oſtendet ciuibus inſaniam,
Oſtendet [inquam] veritate in medium prodeūte.

EIVSDEM.

Nullus hominum beatus eſt, ſed mali
Sunt omnes, quotquot mortalium ſol aſpicit.

EIVSDEM.

Nec mihi ſine luctu mors eueniat, ſed amicis
Mortuus relinquam dolores & ſuſpiria.

EIVSDEM, aut Theognidis.

Satietas iniuriam parit, ſi multæ affluant opes.

EIVSDEM.

Puer impubis, adhuc infans, ſeptum dentium
Producit primis ſeptem annis.

Poſtquam

Τοὺς δ' ἑτέρους ὅτε δὴ τελέσῃ θεὸς ἕπτ' ἐνιαυτούς,
  Ἥβης ἐκφαίνει σήματα γεινομένης.
Τῇ τριτάτῃ δὲ γένειον ἀεξομένων ἐπὶ γυίων
  Λαχνοῦται, χροιῆς ἄνθος ἀμειβομένης.
Τῇ δὲ τετάρτῃ πᾶς τις ἐν ἑβδομάδεσσιν ἄριστος
  Ἰσχύν, οἵτ' ἄνδρες σήματ' ἔχουσ' ἀρετῆς.
Πέμπτῃ δ' ὥριον ἄνδρα μεμνημένον ἀμφὶ γάμου εἶν,
  Καὶ παίδων ζητεῖν ἐξοπίσω γενεήν.
Τῇ δ' ἕκτῃ περὶ πάντα καταρτύεται νόος ἀνδρός,
  Οὐδ' ἔρδειν ἔθ' ὁμῶς ἔργ' ἀπάλαμνα θέλει.
Ἑπτὰ δὲ νοῦν καὶ γλῶσσαν ἐν ἑβδομάσι μέγ' ἄριστος,
  Ὀκτὼ δ' ἀμφότερα, τέσσαρα καὶ δέκ' ἔτη.
Τῇ δ' ἐνάτῃ ἔτι μὲν δύναται, μαλακώτερα δ' αὐτοῦ
  Πρὸς μεγάλην ἀρετὴν γλῶσσά τε καὶ σοφίη.
Τῇ δεκάτῃ δ' εἴ τις τελέσας κατὰ μέτρον ἵκοιτο,
  Οὐκ ἂν ἄωρος ἐὼν μοῖραν ἔχοι θανάτου.

ΤΟΥ͂ ΑΥ̓ΤΟΥ͂.

Γνωμοσύνης δ' ἀφανὲς χαλεπώτατόν ἐστι νοῆσαι
  Μέτρον, ὃ δὴ πάντων πείρατα μοῦνον ἔχει.

Poſtquam verò alios ſeptē ei cōceſſerit annos deus,
Pubis indicia generationi aptæ apparent.
AEtate tertia mento, augeſcentibus iam membris,
Increſcit mutabilis coloris lanugo.
Quarto ſeptenario quiſque præſtantiſſimus eſt
Robore, ipſíque viri ſigna virtutis edunt.
Quintus maturū iam virum nuptias moliri ſuadet,
Et liberorum ſuſcipere poſteritatem.
Sexto in omnia hominis animus intenditur,
Et vilia perficere amplius opera recuſat.
Septimo ſeptenario intelligētia & lingua fiet optim⁹,
Et octauo, cōiunctis illis totis annis quatuordecim.
Nono adhuc aliquid poteſt, verùm remiſſior eſt ipſius [tia.
Ad virtutes præclaras tam eloquētia quàm ſapiē-
Decimū tandē ſiquis moderatè cōtigerit ſeptenariū,
Iam non immaturus mortis fatum ſubeat.

EIVSDEM.

Cognitionis obſcuram difficile eſt cognoſcere
Menſuram, quæ omnium rerum terminos ſola continet.

EX

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΜΙΜΝΕ'ΡΜΟΥ

Ἐλεγείων.

Ἡμεῖς δ', οἷά τε φύλλα φύει πολυάνθεμος ὥρη
Ἦρος, ὅτ' αἶψ' αὐγῇ αὔξεται ἠελίου,
Τοῖς ἴκελοι, πήχυιον ἐπὶ χρόνον ἄνθεσιν ἥβης
Τερπόμεθα, πρὸς θεῶν εἰδότες οὔτε κακὸν,
Οὔτ' ἀγαθόν· κῆρες δὲ παρεστήκασι μέλαιναι,
Ἡ μὲν, ἔχουσα τέλος γήραος ἀργαλέου·
Ἡ δ' ἑτέρη, θανάτοιο. μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης
Καρπὸς, ὅσον τ' ἐπὶ γῆν κίδναται ἠέλιος.
Αὐτὰρ ἐπὴν δὴ τοῦτο τέλος παραμείψεται ὥρης,
Αὐτίκα τεθνάναι βέλτιον, ἢ βίοτος.
Πολλὰ γὰρ ἐν θυμῷ κακὰ γίγνεται· ἄλλοτε τ' οἶκος
Τρυχοῦται, πενίης δ' ἔργ' ὀδυνηρὰ πέλει.
Ἄλλος δ' αὖ παίδων ἐπιδεύεται, ὧν τε μάλιστα
Ἱμείρων κατὰ γῆς ἔρχεται εἰς ἀΐδην.
Ἄλλος νοῦσον ἔχει θυμοφθόρον. οὐδέ τις ἐστὶν
Ἀνθρώπων ᾧ Ζεὺς μὴ κακὰ πολλὰ διδῷ.

ΤΟΥ͂ ΑΥ'ΤΟΥ͂.

Τιθωνῷ μὲν ἔδωκε κακὸν ἄφθιτον ὁ Ζεὺς *
Γῆρας, ὃ καὶ θανάτου ῥίγιον ἀργαλέου.
Τερπνὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἐπεὶ πλέον ὤφελεν εἶναι,
Ἀλλ' ὀλιγοχρόνιον γίγνεται, ὥσπερ ὄναρ,
Ἥβη τιμήεσσα· τὸ δ' ἀργαλέον καὶ ἄμορφον
Γῆρας ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτίχ' ὑπερκρέμαται,

Ἐχθρὸν

EX MIMNERMO.

NOS autem, velut folia producit floridũ tempus
Veris, quum ſubitò ſplendor ſolis augetur,
His ſimiles ad breue tempus floribus iuuentutis
Delectamur, à diis neque malum edócti
Neque bonum: parcæ autem nigræ nobis aſtant,
Altera, gerens finem moleſtæ ſenectutis:
Altera, mortis. breue autem tempus durat iuuẽtutis
Fructus, quandiu ſupra terram ſpargitur ſol.
At poſtquam terminus temporis huius præteriit,
Statim mori ſatius eſt quàm viuere.
Multis enim malis animus afficitur: aliquando res domeſtica
Laborat, & paupertatis opera triſtifica fiunt.
Alius rurſus deſiderat liberos, quos maximè
Cupiens, tellurem ſubit ad inferos.
Alius morbo animũ corrũpente tenetur: nec vllus eſt
Hominum cui non multa Iupiter mala largiatur.

EIVSDEM.

Tithono dedit malum immortale Iupiter,
Senectutem, quæ vel morte magis timenda [eſt] triſti.
Nã iucunda ſimul & pulchra debebat amplior eſſe,
Sed breue tempus durat, inſtar ſomnii,
Iuuentus pretioſa. triſtis autem deformíſque
Senectus ſuper caput ſtatim impendet,

Odioſa

Ἐχθρὸν ὁμῶς καὶ ἄτιμον ὅ, τ' ἄγνωστον τιθεῖ ἄνδρα,
 Βλάπτει δ' ὀφθαλμοὺς καὶ νόον ἀμφιχυθέν.
Τὸ πρὶν ἐὼν κάλλιστος, ἐπὴν παραμείψεται ὥρη,
 Οὔτε πατὴρ παισὶν τίμιος, οὔτε φίλοις.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τίς δὲ βίος, τί δὲ τερπνὸν ἄτερ χρυσῆς Ἀφροδίτης;
 Τεθναίην ὅτε μοι μηκέτι ταῦτα μέλοι.
Κρυπταδίη φιλότης καὶ μείλιχα δῶρα καὶ εὐνή.
 Ἄνθεα εἰ ἥβης γίγνεται ἁρπαλέα
Ἀνδράσιν ἠδὲ γυναιξίν. ἐπεὶ δ' ὀδυνηρὸν ἐπέλθῃ
 Γῆρας, ὅ, τ' αἰσχρὸν ὁμῶς καὶ καλὸν ἄνδρα τιθεῖ,
Αἰεὶ μὲν φρένας ἀμφὶ κακαὶ τείρουσι μέριμναι,
 Οὐδ' αὐγὰς προσορῶν τέρπεται ἠελίου·
Ἀλλ' ἐχθρὸς μὲν παισὶν, ἀτίμαστος δὲ γυναιξίν.
 Οὕτως ἀργαλέον γῆρας ἔθηκε θεός.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Ἠέλιος μὲν γὰρ πόνον ἔλλαχεν ἤματα πάντα,
 Οὐδέ ποτ' ἄμπαυσις γίνεται οὐδεμία
Ἵπποισίν τε καὶ αὐτῷ, ἐπεὶ ῥοδοδάκτυλος ἠὼς
 Ὠκεανὸν προλιποῦσ' οὐρανὸν εἰσαναβῇ.
Τὸν μὲν γὰρ διὰ κῦμα φέρει πολυήρατος εὐνὴ
 Κοίλη, Ἡφαίστου χερσὶν ἐληλαμένη
Χρυσοῦ τιμήεντος, ὑπόπτερον, ἄκρον ἐφ' ὕδωρ,
 Εὕδονθ' ἁρπαλέως, χώρου ἀφ' Ἑσπερίδων
Γαῖαν ἐς Αἰθιόπων, ἵνα οἱ θοὸν ἅρμα καὶ ἵπποι
 Ἑστᾶσ' ὄφρ' ἠὼς ἠριγένεια μόλῃ.
Ἔνθ' ἐπέβη ἑτέρων ὀχέων Ὑπερίονος υἱός.

Odioſa ſimul & contẽpta: quæ virum ignotũ reddit,
Lædit autem oculos mentémque circumfuſa.
Qui pulcherrimus erat olim, vbi flos ætatis præteriit,
Neque pater filiis honoratus, neque amicis.

EIVSDEM.

Qualiſnam vita [foret] aut quid iucundi ſine aurea Venere?
Emoriar quãdo iſta mihi nõ amplius curæ fuerint:
Amor[inquã]occultus, & blanda dona, & lectus,
Si rapidi ſunt iuuentutis flores
Viris & mulieribus. vbi verò moleſta ingruerit
Senectus, quæ pulchrũ etiã virum deformẽ reddit,
Semper tum graues animum rodunt curæ,
Nec ſolis aſpectu delectatur.
Sed inuiſus eſt pueris, contemptúſque mulieribus.
Adeo miſeram deus ſenectam fecit.

EIVSDEM.

Soli enim laborare contingit ſingulis diebus,
Neque vnquam requies eſt vlla
Equis & ipſi, poſtquam roſeos habens digitos aurora
Oceano relicto cœlum conſcenderit.
Hunc enim per vndam fert valdè amabile cubile
Cauum, Vulcani manibus tornatum
Ex auro pretioſo, non minore cum celeritate quàm ſi alatus eſſet, ſupra ſummitatem aquæ,
Dormientem auidè, à domicilio Heſperidum
Ad terram AEthiopum, vbi illi velox currus & equi
Stant, donec aurora diluculum producens veniat.
Ibi conſcendit alios currus Hyperionis filius.

ἘΚ ΤΩ͂Ν ΦΑΝΟΚΛΕΌΥΣ.

Ἢ ὩΣ Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιου Ὀρφεὺς
Ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν στέρξε Βορηϊάδην,
Πολλάκι δ' σκιεροῖσιν ἐν ἄλσεσιν ἕζετ' ἀείδων
Ὃν πόθον· οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ,
Ἀλλ' αἰεί μιν ἄγρυπνοι ὑπὸ ψυχῇ μελεδῶνες
Ἔτρυχον, θαλερὸν δερκόμενον Κάλαϊν.
Τὸν μὲν Βιςονίδες κακομήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
Ἔκτανον, εὐήκη φάσγανα θηξάμεναι,
Οὕνεκα πρῶτος ἔδειξεν ἐνὶ Θρήικεσσιν ἔρωτας
Ἄρρενας, οὐδὲ πόθους ᾔνεσε θηλυτερῶν.
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον, αὐτίκα δ' αὐ-
Εἰς ἅλα Θρηϊκίην ῥῖψαν ὁμοῦ χέλυϊ, (τὴν
Ἥλῳ καρτύνασαι, ἵν' ἐμφορέοιντο θαλάσσῃ
Ἄμφω ἅμα, γλαυκοῖς τεγγόμεναι ῥεθίοις.
Τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ πολιὴ ἐπέκελσε θάλασσα.
Ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντον ἐπέσχε λύρης,
Νήσους τ', αἰγιαλούς θ' ἁλιμυρέας· ἔνθα λίγειαν
Ἀνέρες Ὀρφείην ἐκτέρισαν κεφαλήν·
Ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους
Πέτρας καὶ φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ.
Ἐκ κείνου μολπαί τε, καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
Νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.
Θρῆκες δ' ὡς ἐδάησαν ἀρήια ἔργα γυναικῶν

Ἄγρια,

EX PHANOCLE.

VT Orpheus OEagri Thracii filius
Ex animo Calain Boreæ gnatum amauit,
Sæpius autem opacis in ſyluis ſedit cantans
Suum amorem: nec animus ei tranquillus erat,
Sed perpetuò ipſum vigiles in pectore curæ
Torquebant, tenerum videntem Calain.
Hunc Biſtonides malorum excogitatrices circũfuſæ
Interfecerunt, quum enſes oblongos acuiſſent,
Quoniam primus oſtenderat inter Thraces amorem
Maſculum, neque venerẽ approbauerat mulierũ.
Amputarunt igitur eius caput, idque ſtatim
Vnà cum teſtudine in mare Thraciũ abiecerunt,
Clauo adfigentes, vt per mare veherentur
Ambo ſimul, glaucis madida vndis.
Canum verò mare illa ad Leſbum admouit ſacram:
Edebatur autẽ per mare ſonus veluti argutæ lyræ,
Per inſulas & littora ſalſa. ibi vocale
Orphei caput ſepelierunt viri:
Et teſtudinem quoque in tumulo poſuerũt argutam, quæ etiam mutas
Petras & Orci triſtem aquam perſuaſione mulcebat.
Ex illo [tempore] & cantilenæ & iucundus citharæ luſus
Inſulam occupat, quæ omnium maximè muſicis artibus oblectatur.
Porro Thraces vt reſciuerunt Martia facta mulierũ

Ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐσῆλθεν ἄχος,
Ἄς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν' ἐν χροῒ σήματ' ἔχουσαι
Κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου.
Ποινὰς δ' Ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας
Εἰς ἔτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.

Sæua,& cunctos grauis inuaſit triſtitia,
Suas vxores pungebant,vt in corpore ſigna gerentes
Liuida, diræ cædis non obliuiſcerentur.
Quinetiam [ad ſumendum] pœnas pro Orpheo occi-
ſo,ſtigmata infligunt mulieribus
Adhuc hodie,propter illud flagitium.

EADEM PHANOCLIS ELEGIA

ab Adolpho Mekercho iiſdem uerſuum generibus reddita.

Orpheus OEagro Rhodopeo natus,amore
Deperit ardenti dum Calaim Boreæ,
Sæpe ſuum vmbriferis ſolitus modularier ignem
In ſyluis,animo non tequietus erat.
Aſt ipſum ſemper vigiles in pectore curæ
Angebant,tenerum reſpicit vt Calaim.
Biſtonides circùm molitæ dira,machæras
Exacuunt longas,Orpheáque interimunt,
In transferre mares quòd amorem Thracibus autor
Eſſet, & odiſſet fœmineam venerem.
Obtruncántque caput: quod cum teſtudine curua
Threicii in pelagi ſalſa fluenta ruunt.
Nam compacta ſimul clauis fixêre,ligata
Cæruleis ambo quò veherentur aquis.
Pontus at hæc ſacram Leſbum detruſit, & ipſa
Vnda lyræ querulos eſt imitata modos.
Audiit hot littus,circùm omnis & inſula : at Orphei
Dulciſonum condunt hîc caput indigenæ.

ddd. ii.

Argutámque chelyn tumulo ſimul impoſuere,
  Quæ Styga, quæ poterat ſaxa mouere ſono.
Ex illo ſuaues cantus citharǽque canoræ
  Leſbon habent, Muſis dedita nulla magis.
Vt verò vxorum norunt crudelia Thraces
  Facta, dolor cunctos iráque iuſta capit:
Punxerúntque illas, vt corpore ſigna gerentes
  Liuida, non cædis non meminiſſe queant.
Quin & adhuc hodie pro tam furialibus auſis
  Inſligunt membris ſtigmata fœmineis.

RHIANI POEMATIVM,
(quod habes ſuprà, pag. 8) carmine redditum ab Henrico Stephano.

NEMPE hominũ mẽtes cunctorũ errore tenẽtur,
Donatámque ſibi vtrauis è lance deorùm
Excipiunt ſortem prudenti pectore nulli.
Nam qui pauperie premitur, queribundus oberrat,
Inque ipſos etiam iactat conuitia diuos.
Abiiciénſque animi fuerat quodcunque virilis,
Tentare haud quicquam, verbum muſſare nec audet,
Sed trepidat ſimulatque hominũ videt ora potẽtum.
Sic animum illius rodunt ſqualórque dolórque.
At contrà ſuperûm quem dextera larga beauit,
Cuíque dedit late dominari, haud iam memor ille eſt
Se calcare ſolum, mortaléſque eſſe parentes.
Tranſuerſámque rapit veſana ſuperbia mentem

Vt fre-

Vt fremat æqua Ioui : quanuis & corpore paruus,
Attollit ceruice caput: tandémque Dianæ
Fit procus, atque viam ſibi iam molitur ad ædes
AEthereas, vt ibi fiat conuiua deorum.
At teneris Ate ſequitur veſtigia plantis,
Quæ capiti incumbens inopina, & lumina fallens,
Delictóque ſeni quandoque ſuperuenit annis
Ipſa virens, iuueni quandoque ætate ſenili :
Iuſtitiæ atque Ioui officium peramabile præſtans.

ΕΚ ΤΩΝ ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΥ,
κατὰ δέ τινας,
ΚΡΑΤΗΤΟΣ τοῦ κυνικοῦ.

ΠΟΙΗΝ τὶς βιότοιο τάμοι τρίβον; εἰν ἀγορῇ μὲν
Νείκεα, καὶ χαλεπαὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις.
Φροντίδες· ἐν δ᾽ ἀγροῖς, καμάτων ἅλις. ἐν δὲ θαλάσσῃ
Θάρβος· ὅτι ξείνης δ᾽, ἢν μὲν ἔχῃς τι, δέος·
Ἢν δ᾽ ἀπορῇς, ἀνιαρόν. ἔχεις γάμον; οὐκ ἀμέριμνος
Ἔσσεαι· οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ᾽ ἐρημότερον.
Τέκνα, πόνοι· πήρωσις, ἄπαις βίος. αἱ νεότητες,
Ἄφρονες· αἱ πολιαὶ δ᾽ ἔμπαλιν ἀδρανέες.
Ἦν ἄρα τοῖνδε δυοῖν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ᾽, ἢ τὸ θανεῖν αὐτίκα τικτόμενον.

ΕΚ ΤΩΝ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ,
ἐκ τοῦ ἐναντίου τοῖς πρόσθεν.

ΠΑντοίην βιότοιο τάμοις τρίβον. εἰν ἀγορῇ μὲν
Κύδεα, καὶ πινυταὶ πρήξιες· ἐν δὲ δόμοις,
Ἄμπαυμ᾽. ἐν δ᾽ ἀγροῖς, φύσιος χάρις. ἐν δὲ θαλάσσῃ,
Κέρδος· ὅτι ξείνης, ἢν μὲν ἔχῃς τι, κλέος·
Ἢν δ᾽ ἀπορῇς, μόνος οἶδας. ἔχεις γάμον; οἶκος ἄριστος
Ἔσσεται. οὐ γαμέεις; ζῇς ἔτ᾽ ἐλαφρότερον.

Τέκνα,

POSIDIPPI,

aut, ſecundum alios,

CRATETIS cynici.

QVOD quis inſiſtat vitæ genus? nam in foro
Sunt lites & actiones moleſtæ: in ædibus autē
Curæ: ruri, labores nimii: at in mari
Timor: in peregrinatione, ſiquid habes, metuendum eſt:
Si eges, moleſtum eſt. vxorem habes? nō ſine curis
Eris: non ducis vxorē? eò magis viuis ſolitarius.
Liberi dolores pariunt, vita ſine liberis, eſt orbitas. iuuentus
Stolida eſt: ſenectus verò, infirma.
Ex duobus his ergo alterum elige, aut naſci
Nunquam, aut ſtatim natum, vita fungi.

METRODORI,

contrario præcedentibus verſibus argumento.

QVamcunque libuerit viuendi rationem inito. in foro
Gloria & actiones prudentes: domi verò
Quies: ruri, naturæ amœnitas. in mari autem
Lucrum: in peregrinatione, ſiquid habes, laus eſt:
Sin minus, ſolus nouiſti. celebras nuptias? domus optima
Erit: non ducis vxorem? vitam ages leuiorem.

Τέκνα, πόθος· ἄφροντις, ἄπαις βίος· αἱ νεότητες
Ῥωμαλέαι· πολιαὶ δ', ἔμπαλιν ἀσθενέες.
Οὐκ ἄρα τῶν δισσῶν ἑνὸς αἵρεσις, ἢ τὸ γενέσθαι
Μηδέποτ', ἢ τὸ θανεῖν· πάντα γὰρ ἐσθλὰ βίου.

HENR. STEPHANVS LECTORI S. D.

IDYLLIA Auſonio quoque viſum eſt inſcribere ſua poematia, quorum diuerſa ſunt argumenta. Ex his vnum eſt eiuſdem cum illis Poſidippi ſeu Cratetis cynici verſibus argumenti, ſicut & eiuſdem tituli. vt enim titulus illis εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, ita Auſonianos ſuus de vita humana ſcriptos eſſe teſtatur. Vtriſque autem, vitæ humanæ conditio miſera eſſe, quodcunque ſit alicui uitæ genus, ſiue quicunque ſit eius ſtatus, perhibetur. Atque adeo videtur Auſonius voluiſſe illos Poſidippi ſeu Cratetis uerſus interpretari. nam quod multo prolixior eſt, id paraphraſtica & libera

Liberi amorem pariunt: ſecura eſt, prolis expers vita: iuuentus
Robuſta eſt: ſenectus contrà veneranda.
Non ergo alterutrũ ex duobus eligendũ eſt, aut naſci
Nunquam, aut ſtatim mori: omni enim vitæ commoda ſunt.

ſtica & libera interpretatio pro ſuo iure ſibi tribuit. Quinetiam quòd eadem ſententia idyllium ſuũ clauſit, eo uideri poteſt, ſe uerſus illos interpretari, aut ſaltem illorum argumentum imitari, diſſimulare noluiſſe. Cæterùm quum Federicum Iamotiũ eleganter Auſonianos uerſus Græcis ſuis uiderem expreſſiſſe, libuit hos e regione apponere. Iam uerò ut ſicut hexametrorum uerſuum, ita etiam elegiacorum interpretationis Græcæ exemplum haberes, libuit & Propertii elegiam (licet aliud ſit eius argumentum) in pagellis quæ alioqui uacaturæ erant, cum mea interpretatione, qualis olim Venetiis, & poſtea Brugis edita fuit, adiungere.

AVSO-

AVSONII IDYLLIVM
De vita humana.

QVOD vitæ ſectabor iter? ſi plena tumultu
Sunt fora, ſi curis domus anxia, ſi peregrinos
Cura domus ſequitur: mercantem ſi noua ſemper
Damna manent, ceſſare vetat ſi turpis egeſtas:
Si vexat labor agricolam, mare naufragus horror
Infamat: pœnǽque graues in cœlibe vita,
Et grauior cautis cuſtodia vana maritis:
Sanguineum ſi Martis opus, ſi turpia lucra
Fœnoris, & velox inopes vſura trucidat.
Omne æuum curæ, cunctis ſua diſplicet ætas:
Senſus abeſt paruis lactentibus, & puerorum
Dura rudimenta, & iuuenum temeraria pubes.
Afflictat fortuna viros per bella, per æquor,
Iras, inſidiáſque, catenatóſque labores,
Mutandos ſemper grauioribus. ipſa ſenectus
Expectata diu votíſque optata malignis
Obiicit innumeris corpus lacerabile morbis.
Spernimus in commune omnes præſentia: quoſdam
Conſtat nolle deos fieri. Iuturna reclamat,
Quò vitam dedit æternam, cur mortis adempta
Conditio? ſic Caucaſea de rupe Prometheus
Teſtatur Saturnigenam, nec nomine ceſſat
Incuſare Iouem, data ſit quòd vita perennis.

Reſpice

ΑΥ'ΣΟΝΙΟΥ ΕΙΔΥΛΛΙΟΝ

περὶ τοῦ ἀνθρωπίνου βίου.

ΠΟΙΗΝ ἂν μεθέποιμι βίου τρίβον; εἰ θορύβοιο
Πᾶσ' ἀγορὴ πέπληθεν, ἀδημονίης τ' ἀλεγεινὸς
Οἶκος, καὶ ξείνοις οἴκου μελεδῶνες ἕπονται.
Ἐμπορίης δ' ἀλέγοντι πολύτροπα πήματ' ἐφῆπται·
Εἰ πενίη δύσφημος ἐρητύει χατέοντας
Παύσασθαι καμάτοιο, πόνος δ' ἀροτῆρα δαμάζει.
Δυσφημεῖ δὲ θάλασσαν ἀελλέα ναυαγίου φρίξ.
Ποιναί τ' ἀγαμίης ἐλοόφρονος, αἰνοτέρη δὲ
Καὶ φρουρὴ ποσίεσσιν ἀκοιμήτοις κενεόφρων.
Αἰμαλέον πάλιν ἔργον ἀρήιον, αἰσχρὰ τόκοιο
Κέρδεά τ' ἠδὲ πένητα δανείσματα κραιπνὰ φονεύει.
Αἰὼν πᾶσι μέμηλεν ἅπας, σφετέρη τ' ἀπαρέσκει
Ἡλικίη πάντεσσιν. ἀναίσθητοι γαλαθηνοί,
Καὶ παίδων στονόεσσα προπαιδείη, καὶ ἄβουλος
Ἡβάων. ῥόθιον δὲ δαμᾷ καὶ φύλοπις ἄνδρας,
Μῶμις ὁμοῦ, πυκινός τε λόχος, καμάτων δέ τι σφρὴ
Τοὺς ἀεὶ αἰνοτέροισι πόνοις μέλλουσιν ἀμεῖψαι.
Καὶ γῆρας δηρὸν πεποθημένον ἄγρονι βουλῇ
Σῶμα πολυστερέεσσιν ἕλωρ νούσοισι προβάλλει.
Ἡμεῖς ἐν ἑνὶ πάντες ἀπαρνούμεσθα παρόντα,
Καὶ δὴ ἀπαρνήσαντο θεοὶ τινὲς ἄφθιτοι εἶναι,
Αὐτίκα τὴν κ' ἐβόησεν Ἰουτούρνη ποτὲ νύμφη,
Τίπτε βίον δώρησεν ἀτέρμονα; τίπτε δ' ἄμερσεν
Ἡμέας θανάτοιο; κ' ἀπὸ σπιλάδων ὁ Προμηθεὺς
Καυκασίων Κρονίδην μαρτύρεται· οὐδὲ βίοιο
Εἵνεκεν αἰὲν ἐόντος ἐπαύσατο κεῖνον ἐλέγχων.

Φεύξιο

Reſpice & ad cultus animi. ſic nempe pudicum
Perdidit Hippolytum non felix cura pudoris.
At contrà illecebris maculoſam ducere vitam
Quem iuuat, aſpice & ad pœnas & crimina regum,
Tereos inceſti, vel mollis Sardanapali.
Perfidiam vitare monent tria Punica bella,
Sed prohibet ſeruare fidem deleta Saguntus.
Viue & amicitias ſemper cole: crimen ob iſtud
Pythagoreorum periit ſchola docta ſophorum.
Hoc metuens igitur, nullas cole: crimen ob iſtud
Timon Palladiis olim lapidatus Athenis.
Diſſidet ambiguis ſemper mens obuia votis:
Nec voluiſſe homini ſatis eſt, optata recuſant.
Eſſe in honore placet, mox pœnitet: & dominari
Vt poſſint, ſeruire volunt. idem auctus honore
Inuidiæ obiicitur. pernox eſt cura diſertis,
Et rudis ornatu vitæ caret. eſto patronus,
Et defende reos, ſed gratia rara clientis:
Eſto cliens, grauis imperii perſona patroni.
Exterrent hunc vota patrum, mox aſpera curis
Sollicitudo ſubit. contemnitur orba ſenectus:
Et captatoris præda eſt hæredis egenus.
Vitam parcus agas, auidi lacerabere fama,
Et largitorem grauius cenſura notabit.
Cuncta tibi aduerſis contraria caſibus. ergo
Optima Graiorum ſententia. quippe homini aiunt
Non naſci eſſe bonum, natum aut citò morte potiri.

PRO-

Φράζεο καὶ ψυχῆς ἐρατεινὴν κόσμον. ἄνολβοι
Φροντίδες Ἱππόλυτον φιλοπάρθενον ὤλεσαν αἰδοῦς.
Ἀλλ' ὅς ἀγὰς ἴυγξι βίον κεκακωμένον αἰνῆς
Κύπριδος, εἶπε δὲ καί μοι ἁμαρτάδος ἔνδικον ἄτην
Τηρῆος μιαροῖο, καὶ ἀβροῦ Σαρδαναπάλου.
Φεῦγε ὅρκον ἄπιστον ἐκέκλετο πειστὸν Ἄρηος
Κῦμα τὸ τῆς Λιβύης, σώζειν δὲ δαμεῖσα Σαγουντὸς
Πίστιν ἐρητύει· φιλίας κύδαινε βιαρκεῖς,
Τοῦδε χάριν σοφὸς ἑσμὸς ἀπώλετο Πυθαγορείων.
Μὴ τόδε δειμαίνων μεθέπῃς μίαν· αὐτὰρ Ἀθῆναι
Τοῦδε χάριν Τίμωνα κατέκρυψαν λιθάκεσσιν.
Εὔγμασιν ἀλλοπρόσαλλος ἀεὶ νέος ᾔτεε λοξοῖς.
Οὐδ' ἐθέλειν θνητῷ μόνον ἤρκεσε, καρπαλίμως δὲ
Κεῖνος ἀποπτύει τὸ πάρ ἤτεε. κύδιμος εἴη
Εὔχεται· αὐτὰρ ὁ κοῦφος ἀλήμονα θυμὸν ἑλίσσων
Ὦκα μετεγνώσθη. μεθέειν ὁ μὲν ὄφρα δυνῆται
Χαίρει ὑποδρήσσων. ζήλῳ δ' ἐνέμυρσε λελογχὼς
Τιμὴν κυδιάνειραν. ἔφυ μελέδημα βροτοῖσι
Παννύχιον λογίεσσιν, ἀπαίδευτοι δὲ στέργονται
Ζωῆς κυδαλίμοιο. συνήγορος ἴσθ', ἐνόχου τε
Ἀνδρὸς ὑπερδικέης. σπανίη χάρις ἡ πελατάων.
Ἔστω μὲν οἷον πελάτης, δεινὴ δὲ προστάτεω ἀρχή.
Καὶ τόνδ' ἐκπλήσσει πατέρων πόθος, αἱ δὲ μέριμναι
Αὐτόματοι φοιτῶσιν. ἔπειτ' ἀγέραστον ἔασται
Πᾶσι τὸ γῆρας ἄτεκνον· ἀνὴρ κεχρημένος ἄγρη
Ἔπλετο κληρονόμοις. ἀναγκαίοιο νόσου
Φείδεσθαι βιότοιο, φιλάργυρος αἰὲν ἀκούσῃς·
Καί κεν ἀτιμήσειεν εὔφρονα λαὸς ἐλέγχων
Δώτην. σοὶ δὲ τύχης παντ' ἀντιβίοισιν ἐρίζει.
Τῷ καλῷ Ἕλληνες ἐφημίξαντο μέρισνην,
Μήποτε γίγνεσθαι καλὸν ἔμμεναι, ἢ τάχ' ὀλέσθαι.

PROPERTII ELEGIA,

Ex libro II.

QVicunque ille fuit puerum qui pinxit Amorem,
Nónne putas miras hunc habuiſſe manus?
Hic primùm vidit, ſine ſenſu viuere amantes,
Et leuibus curis magna perire bona.
Idem non fruſtrà ventoſas addidit alas,
Fecit & humano corde volare deum.
Scilicet alterna quoniam iactamur in vnda,
Noſtráque non vllis permanet aura locis.
Et meritò hamatis manus eſt armata ſagittis,
Et pharetra ex humero Cnoſſia vtroque iacet,
Antè ferit quoniam tuti quàm cernimus hoſtem,
Nec quiſquam ex illo vulnere ſanus abit.
In me tela manent, manet & puerilis imago,
Sed certè pennas perdidit ille ſuas.
Euolat è noſtro quoniam de pectore nuſquam,
Aſſiduúſque meo ſanguine bella gerit.
Quid tibi iucundum ſiccis habitare medullis?
Si puer es, aliò traiice tela tua.
Intactos iſto ſatius tentare veneno.
Non ego, ſed tenuis vapulat vmbra mea.
Quam ſi perdideris, quis erit qui talia cantet?
Hæc mea Muſa leuis, gloria magna tua eſt.
Quæ caput & digitos & lumina nigra puellæ,
Et canit vt ſoleant molliter ire pedes.

Ἡ ΑΥ̓ΤῊ

ΠΡΟΠΕΡΤΊΟΥ ἘΛΕΓΕΊΑ

εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον μετενεχθεῖσα

ὑφ' Ἐῤῥίκου τοῦ Στεφαίου.

Ὅς ποτε νηπίαχον πρῶτος τὸν ἔρωτα χάραξεν,
   Τόνδ' οὐ χεῖν δοκέεις δαιμονίους παλάμας;
Οὗτος ἴδε πρῶτον κενεόφρονας ἔμμεν' ἐραστὰς,
   Καὶ μελεδῶσι κεναῖς πήματα πολλὰ παθεῖν.
Εἶτα δ' οὐκ ἀλόγως αἰνεμώκεά οἱ πτερὰ τεῦξεν,
   Ὡς βροτέῃσι πέτεσθ' ἐν κραδίῃσι θεόν.
Κῦμα γὰρ ἄμμε φέρει παραμοιβαδὸν ἄλλοτε ἄλλο,
   Οὐδέ πῃ ἡμετέρῃ ἔμπεδος αὔρα μένει.
Οὐδ' ἄρα χεὶρ εἰκῆ γαμψοῖς βελέεσσι κορύθη,
   Ἐκ δ' ὤμων φαρέτρη Κνωσσίη ἐκκρέμαται.
Ἡμᾶς γὰρ βάλλει πρὶν ἐν ἀσφαλεῖ ἐχθρὸς ὁρᾶσθαι,
   Οὐδ' ἄκεσις τούτου τραύματος οὐδεμίη.
Ἐν μὲν ἐμοὶ τά τε κῆλα καὶ ἡ παιδὸς μένει εἰκὼν,
   Τὰς πτέρυγας δ' ἐν ἐμοὶ ὤλεσεν αὐτὸς ἑάς.
Οὐ γὰρ ἀποπλάμενος ποτ' ἐμῆς φρενὸς, οἴχεται ἄλλῃ,
   Ἀλλ' ἐν ἐμῷ μάχεται αἵματι νωλεμέως.
Τίπτε τόσον χαίρεις ξηρῷ ἐνὶ μυελῷ οἰκῶν;
   Εἰ παῖς εἶ, βάλλῃς ἄλλοσε κῆλα τὰ σά.
Φάρμακα τοῖα τρέπειν ἐς ἀκηρέα λώϊον εἴη.
   Οὐκ ἐγὼ, ἀλλ' ἀδρανὴς δαίρεται ἡ σκιὴ ἐμή.
Κ' ἣν ταύτην ἀπολῇς, τίς ἔτ' ἔσσεται ὃς τάδ' ἀείσῃ;
   Μοῦσα γ' ἐμὴ μικρὴ, σοὶ κλέος ἐστὶ μέγα.
Ἢ κάρα, κυανέους τ' ὦπας, καὶ δάκτυλα κούρης
   Ἄδει, χ' ὡς φιλέει βαινέμεν ἁβρὰ ποσίν.

450

IN VIRGILIANAS ET NASONIANAS Theocriti imitationes

OBSERVATIONES [redacted]. [redacted]

In quibus multi vtriuſque poetæ loci diligenter examinantur.

Eiuſdem

EMENDATIONES quorundam Theocriti locorum.

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUELE ROMA

eee-i.

I VIRGILIANAS
Theocriti imitationes

SERVATIONES [illegible]
[illegible],in quibus multi vtriuſque
poetæ loci diligenter exa-
minantur.

PROLEGOMENA.

IRGILII iudicium in locis Theo-
criti imitandis (id eſt, partim expri-
lis, partim adumbrandis) diligenter
uare, quum non parum ad formanda
ſorum poetices iudicia conferre poſ-
ſtimarem, hoc tractatu exemplum illi-
igentiæ præbēdum illis cenſui. Atque
s etiam qui aut nullam aut paruā Græ-
guę cognitionem adepti ſunt, labor
prodeſſet, multa Theocriti, ſoluta o-
e, ad verbum, quædam carmine ſum
retatus: ferè tamen & hîc ſingula ver-
ulis reddens: quum, vt illis quos dixi
carer, tam adſtrictæ interpretationi
plus laboris quàm aliquantum liberę
dere non recuſarem: etiamſi multo

minor illius quàm huius gratia futura eſſet. Contrà autem malè de illis qui Theocriti verba non intelligunt merentur ii qui ipſamet Virgilii verba, quibus Theocritũ imitatus tantùm eſt, ad Theocriti interpretationem adhibent. quomodo enim illi vnum cum altero conferre poſſunt, quum eadem omnino ex vtroque verba proponantur? Exemplum eſt in Idyllio vndecimo, quod Cyclops inſcribitur. ibi enim hũc verſum,

Ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπόταισαι;

Eobanus Heſſus ita vertit,

O Cyclops Cyclops, quæ te dementia cepit?

quòd Virgilius Theocritum imitans introduxiſſet Corydonem dicentem itidem,

Ah Corydon Corydon, quæ te demẽtia cepit?

Atqui fiet hinc vt qui Græcæ linguæ imperitus eſt credat Theocriti verba Græca Latinis Virgilii planè reſpondere: quum tamẽ ſenſum potius quàm verba expreſſerit: & fatendum ſit interim Theocritum raro, elegantiſſimo tamen & venuſtiſſimo genere loquendi vſum eſſe. quod veriſimile eſt Virgilio quoque valde placuiſſe, ſed quum ſuo verſu Theocriti verſus gratiam æquare nõ poſſet, illud genus loquendi retinendo, alio commutaſſe. Ego verò, quum ſatis haberẽ id repræſentare, ita verſum illum verti,

O Cyclops Cyclops, ecquò mens auolat? ecquò?

Quam interpretationem habens lector, verba Theocriti cum iis quibus eſt vſus Virgilius conferre poterit, ac conſiderare vtris maior ſubſit gratia: & annon mitius hoc dicatur, *Quò mens auolat?* quàm illud, *Quæ te dementia cepit?* Cogitare etiam poterit annon magis poeticè Cyclops apud Theocritum quàm Corydon apud Virgilium loquatur. Quòd ſi fortè dicat aliquis non tantùm rarum ſed nouum etiam illud eſſe genus loquendi quo ſit vſus Theocritus, non ideo tamen poeticum eſſe deſinet, id eſt poeſi conueniens, ac præſertim bucolicæ: eíque nominatim loco vbi Cyclops, & quidem amatoriis curis turbatus, loquens introducitur.

Quum autẽ illum Theocriti verſum proximè ſequantur iſti,

Αἴκ' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις καὶ θαλλὸν ἀμάσας
Τοῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νοῦν.
Ταὶ παρεοῖσαν ἄμελγε, τί τὸν φεύγοντα διώκεις;
Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν,

idem interpres ita eos reddidit,

Quàm fuerit melius calathos contexere, & altos
Lanigeris ouibus in pabula ſternere ramos.
Hãc mulge interea. quid enĩ fugiẽtia captas

Gaudia? fortè aliam quæ ſit formoſior illa
Inuenies Galatean.

at nemo ex hac interpretatione de Virgilii imitatione facere iudicium poteſt: quũ hęc verba, πάγχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχεις νοῶ, in alia mutet hic interpres, ſicut & à Virgilio mutata ſunt. in alia, inquam, quæ nec eundem ſenſum nec parẽ gratiam habent: quum Cyclops dicat apud Theocritum, *Multo magis ſapias fortaſſe, ſi hoc facias:* apud interpretem autem, *Fuerit melius hoc facere*: ſicut apud Virgilium dicit Corydon, *Quin potius hoc facis?* nunc enim non ipſa verba, ſed orationis tantùm formam profero. Vel illi certè τάχα, id eſt Fortaſſe, venuſtas quædam & ſimplicitas, aut venuſta quędã ſimplicitas, ſubeſſe videtur. Eã conatus ſum repræſentare, locum hunc ita interpretando,

Si rediẽs calathos texas, agniſque miniſtres
Deſectas frõdes, multo ſapias mage forſan.

Quod autẽ de vulgari huius loci, idẽ & de quorundã aliorũ interpretatione queri poſſum: ex quibus eſt hic, idyllio octauo,

Οὐ θησῶ πόκα ἀμνόν· ἐπεὶ χαλεπός θ' ὁ πατήρ μευ
χ' ἁ ματήρ.

Quũ enim non aliud ſonẽt prima huius loci verba, quàm *Haud deponam agnum*: interpres ille pro tribus hiſce verbis totum hunc Virgilii poſuit verſum,

De grege non auſim quicquã deponere tecũ.
perinde acſi Virgilius idem omnino quod Theocriti verba ſonant dixiſſet.

Alibi totũ quidẽ Virgilii verſum aut hemiſtichium non ponit,ſed quædam ſaltẽ interiicit quæ ab illo fuerunt interiecta. vt idyllio vndecimo,pro his,

--βοτὰ χίλια βόσκω,

(quæ ſonant tantùm,*Pecudes mille paſco*) illum ponit verſum,

Mille meas paſco Siculis in mõtibus agnas.
quia dixerat Virgilius,

Mille meæ Siculis errãt in montibus agnæ.
At qui Greca nõ intelligit, quomodo huius interpretationis ductu &auſpiciis illã quam dixi ex collatione horũ poetarũ vtilitatem percipere poterit? quomodo Virgiliũ hæc verba *Siculis in mõtibus* de ſuo addidiſſe, atque hanc adiectionẽ aptã huic loco iudicaſſe ſciet?Nõ dubito igitur quin gratiã ab illis qui hũc quidẽ at nõ illũ itẽ poetã intelligũt ſim initurus,vt dixi:præſertímq; de iis locis quos licet propemodũ ad verbũ,nõ tamẽ ſoluta oratione ſum interpretat᷒: quoniã quũ hîc ſermone etiã nonnunquã horridiuſculo vti neceſſe ſit,fieri nõ poteſt vt cũ tãta voluptate & vtilitate hoc interpretationis gen᷒ quãta illud cũ Virgilianis verſib᷒ cõferatur.

Quanuis autem non negem Theocritum à Virgilio in nonnullis eſſe locis ſuperatum (vt doctè Iulius Cæſar Scaliger oſtendit) nō dubito tamen quin Virgilius multo plura Theocriti retinuiſſet (eáque præſertim quę maiorem quandam ſimplicitatem prę ſe ferunt) quędā, ſi ſatis ornatè ea exprimere potuiſſet: quædam, ſi tantum laboris quanto ad illa ornatè exprimenda opus erat, impēdere voluiſſet. Eorū quæ exprimere nō poterat, etiāſi voluiſſet, exēpla duo affert Gelli'. Scitè igitur (inquit) & cōſideratè Virgili', quū aut Homeri, aut Heſiodi, aut Apollonii, aut Parthenii, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partem reliquit, alia expreſſit. Sicut nuperrimè apud menſam quum legerentur vtraque ſimul bucolica, Theocriti & Virgilii, animaduertimus reliquiſſe Virgilium quod Græcum quidem mirequàm ſuaue eſt, verti autem neque debuit, neque potuit. Sedenim quod ſubſtituit pro eo quod omiſerat, non abeſt quin iucundius lepidiúſque ſit,

Βάλλει καὶ μάλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

Malo me Galatea petit laſciua puella,
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè videri.

Illud quoque alio in loco animaduertimus

cautè omiſſum, quod eſt in Græco verſu dulciſſimum,

Τίτυρ' ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας·
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε, καὶ τὸν ἐνόρχαν
Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

Quo enim pacto diceret τὸ καλὸν πεφιλαμένε, verba hercle non tranſlatitia, ſed cuiuſdam natiuæ dulcedinis? Hoc igitur reliquit: & cætera vertit, non infeſtiuiter: niſi quòd caprum dixit quem Theocritus ἐνόρχαν appellauit. Autore enim M. Varrone is demum Latinè caper dicitur qui excaſtratus eſt:

Tityre, dum redeo (breuis eſt via) paſce capellas.
Et potũ paſtas age Tityre: & inter agendũ
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Nec plura de his locis ille: in quorum priore iſtud, καὶ ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα... idipſum eſt quod Virgilium reliquiſſe, & quod verti neque debuiſſe neque potuiſſe dicit. Sed cur ait non ſolùm non potuiſſe, ſed etiã non debuiſſe? ſi enim illud in ſua lingua mirè quàm ſuaue eſt, cur ſuaue non fuiſſet & in Latina, ſi vim illius verbi aſſequi voce Latina aut vocibus Latinis potuiſſet? Aſſentior alioqui illi dicenti, quod ſubſtituit Virgilius pro eo quod omiſerat, iucundius lepidiúſque eſſe. Rationem autẽ affert Scaliger (poſtquã dixit & ipſe argutius ac ſuauius id eſſe) quòd

expreſſerit laſciuiam, quum petit malis: virginem, quum fugit: muliebre ingenium, quum vult reſciri factum. Ad poſteriorem autem locum quod attinet, ſcribit idē, Gellium rectè iudicaſſe, non omnia omnibus reſpondere poſſe. aliqua enim Graiis lucem, Latinitati tenebras afferre. interire igitur audacia ſuauitatem. Idcirco illud τὸ καλὸν πεφιλαμένε neque dixiſſe, neque attigiſſe prudentiſſimum poetarum, quum linguæ culpam diſſimularet, ſuam vitaret: nec defuiſſe linguæ, ſed ab ea defectum eſſe. nam hoc ipſum τὸ καλὸν ne cæteras quidem eiuſdem Græciæ nationes ſua lingua poſſe explicare. At ego (quod ipſius etiam Gellii pace dictum ſit) crediderim Virgilio non defuiſſe verba quibus illa Græca, τὸ καλὸν πεφιλαμένε, exprimeret: nec ea eiuſmodi eſſe quę prætermitti deberēt, iudicaſſe: ſed, quum variā verba illa interpretationē admittere videret, duobus ſimul periculis cōmittere ſe noluiſſe: vni, ne nō eam ſequeretur quę doctis magis placere poſſet: alteri, ne ſi ſenſū, at nō etiā venerē illarū vocum aſſequeretur. Neque verò hoc tātùm perſuaſum habeo de iſto loquendi genere, nationi illi peculiare fuiſſe, ſed etiā fuiſſe in illa ἰδιωτικόν. Quę autē dicuntur ἰδιωτικῶς, nō ita ſunt examināda vt cętera. Sed quid tandē ſignificari illo pu-

tas? rogabit quiſpiã. Vix audeo poſt tot tãtóſque viros quicquã de eo dicere: verùm altera ex parte pudor quidã me de eo prorſus tacere, & ita lectoris ſpem fallere vetat. Meã igitur interpretationẽ proferã, ſi priùs quas habeo aliorum protulero. Sunt qui vertãt, *Bene mihi amate*: alii malũt, *Inſigniter amate*: nõnulli *Multum amate*. Eobanus autem, *Chare mihi ante alios*. Ego duobus modis poſſe nos hunc locum interpretari arbitror: quorũ vnus eſt, vt ſubaudiatur præpoſitio εἰς: & is ſit vſus horum verborũ εἰς τὸ καλὸν quem eſſe in Platonis necnõ in Xenophõtis Sympoſio vſum verborũ εἰς καλὸν (ſine articulo) oſtẽdit meus Theſaurus Græcę linguæ. Affero enim ibi ex Platonico Sympoſio, εἰς καλὸν ἥκεις ὅπως συνδειπνήσῃς: itidémquẽ ex Xenophonte, εἰς καλόν γε ὑμῖν συντετύχηκα. Oſtẽdit autem hic Xenophontis locus immeritò ſuſpectum fuiſſe cuidam illum Platonis, exiſtimãti reponendũ eſſe εἰς καιρὸν ἥκεις. Fateor alioqui idẽ ibi quod εἰς καιρὸν, nimirũ Tẽpeſtiuè, Opportunè, Commodùm, ſignificare. Sed hæc verba εἰς καλὸν interdum etiã ſonant Auſpicatò, Feliciter, & Sorte bona, ſi ita loqui licet. Quem ſequendo ſenſum fortaſſis, vtendo genere loquendi Virgiliano, *Noſter amor*, & ſimul epanalepſi, potuiſſet illa verba ita reddi,

Tityre, noſter amor, felix amor.

Quinetiam, verborum illorum interpretationem in verſuum integrum extendendo, non omnino malè forſitan (illum quidem certè ſequendo ſenſum) ita reddita fuiſſent,

Tityre, cui bona ſors me conciliauit amicũ.

Sed fateor verſum illum (non aliter enim loquor de illo quàm ſi & ipſe eſſet integer) multo magis quàm hunc bucolicæ poeſi videri conuenire. Atque adeo, ſi Virgilius vſus illis verbis fuiſſet, *Tityre, noſter amor, felix amor*, ne ab his quidem reprehenſus (vt opinor) fuiſſet qui Theocritea non omnino ita intellexiſſent, propter libertatem quam ſibi in quibuſdã aliis locis tribuit. Sed iam ad alteram interpretationem veniendũ eſt. Nos igitur poſſe & ita verba illa accipere exiſtimo, vt referamus ad honeſtum amorem. Quam expoſitionem ſcholiaſtæ etiam Græco veniſſe in mentem, tandem comperi: quum primò totum eius locum non legiſſem, quòd nugari mihi videretur. Dicit enim, ἤγουν διὰ τὸ κάλλος ἐμοὶ πεφιλαμένε. Item, ἢ τὸ καλὸν, ἀντὶ τοῦ καλῶς. item, ἢ διὰ τὸ καλὸν, ἤγουν διὰ τὸ καλὸς εἶναι. Addit & alia, quæ non minus nugatoria ſunt: ex quibus eſt hoc, vt τὸ καλὸν pro λίαν accipiatur: ſed ſubiungit, ἢ κατὰ τὴν ἀδιάβλητον φιλίαν. Subaudienda certè eſſet pręe-

poſitio κατὰ, alterum hunc ſequendo ſenſum: quam variis in locis ſubaudiri conſtat. Si autem alterū ſequamur, errit ellipſis prępoſitionis εἰς. cui ſimilem habemus apud Sophoclem ante accuſatiuum κνημὸν, in Aiace maſtigophoro,circa principium, κνημὸν δ' ἐφήκεις. Exiſtimò igitur & Virgilio non tam defuiſſe verba quibus illa Græca verba exprimeret, quàm ob eam quam dixi cauſam prætermittenda cenſuiſſe : præſertim quum alia ipſi in mentem venirent quæ aptiſſimè in eorum locum poſſet ſubſtituere. Atque adeo ex iis quæ apud Theocritum omiſit,in iis locis quos alioqui affingere aut ſaltem adumbrare voluit,quædam itidem non tam conſultò eum omiſiſſe quàm ea interpretādi laborem detrectaſſe puto: ita interpretandi (inquam) vt ſua illis elegantia non deeſſet. Defuiſſet autem, ſi ea minus elegāter dixiſſet quàm ipſe cætera ſua, aut quàm à Theocrito dicta eſſent: quantum quidem vna lingua reſpondere alteri poteſt. Nō nego interim nonnulla eſſe quæ Virgilius tanti eſſe nō exiſtimarit vt operam in iis interpretandis ponere deberet: & quidem ex illis etiam quibus alioqui ſimplicitas iis quæ introducuntur perſonis digna exprimitur à Theocrito.

NASO autẽ, in iis quæ de Polyphemo ſcribit, vult quidẽ & ipſe videri legiſſe Theocritum, ſed ſimul etiam iudicare nos vult, nõ valde ſibi lectione illius opus fuiſſe: adeo pauca inde excerpit, adeo omnia luculẽtius tractat. Libet tamẽ quæ ab eo inde ſunt excerpta, tibi hîc ſpectanda & conſideranda proponere. Quum igitur dixiſſet de Cyclope Theocritus (in idyllio quod ab eo nomẽ habet) illum tam vehementi amore Galateæ captũ fuiſſe vt reliqua omnia exiſtimaret παρ'ἔργα (vtitur enim hoc ipſo genere loquendi) & ſubiunxiſſet,

Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλιον αὐταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας,

Naſo Galateam inducit de Cyclope hæc referentem,

Quid ſit amor ſẽtit: noſtrìq; cupidine captus
Vritur, oblitus pecorũ antrorúmque ſuorum.

Vbi breuitati ſtuduiſſe hic poeta dicendus eſt: alioqui nõ tãtùm dixiſſet Polyphemũ ſolitũ ſuorũ pecorũ obliuiſci, ſed etiã addidiſſet quomodo ſe eorũ immemorẽ eſſe oſtẽderet: ſicut & Theocritus oſtendit, quũ dicit,

Sæpe ſuã ad caulã redsere è gramine molli
Sponte ſua pecudes.

Ita enim Greca verba Latinis totidẽ interpretor. Poſſet autẽ αὐταὶ nõ ſolùm reddi Spõte ſua, ſed etiã *Abſque vllo cuſtode*, vel *Nullo*

cuſtode, vt loquitur Virgilius: aut *Nullo ducente*, vt Naſonem de eadẽ re loqui (quod enim hic dicere potuiſſet, alii loco reſeruat) paulo pòſt docebo. Quanuis autẽ breuitati hìc ſtudens, vti dixi, tamẽ non tantùm dicit *Oblitus pecorũ*, ſed addit, *-antrorúmque ſuorum*. Quod etiamſi nõ dicatur hìc à Theocrito, nõ prætermittitur. Poſtea enim Polyphemum inducet dicentem Galateæ,

Ἐξένθοις Γαλάτεια, καὶ ἐξενθοῖσα λάθοιο
(Ὥσπερ ἐγὼν νῦν ὧδε καθήμενος) οἴκαδ' ἀπενθεῖν.

Referenda autem ſunt hæc ad iſta quæ de illo iam dixerat,

-καθεζόμενος δ' ἐπὶ πέτρας
Ὑ'ψηλᾶς, ἐς πόντον ὁρῶν, ἄειδε τοιαῦτα.

Ex quibus hæc Naſonis habemus,

Prominet in pontum cuneatus acumine lõgo
Collis, vtrũq; latus circũfluit æquoris vnda:
Huc ferus aſcendit Cyclops, mediúſque reſedit.

Atque hæc, licet luculẽtiorem ἔκφρασιν contineant, ex illis tamen verbis ſumuntur: ſubiungit verò,

Lanigeræ pecudes nullo ducente ſequutæ.

Qui verſus ad illa ſuperiora pertinet, *Oblitus pecorum*. Siquis igitur vellet illũ Theocriti locum paraphraſticè vertere, aptiſſima (niſi fallor) & venuſtiſſima eſſet hæc paraphraſis,

Sæpe illum pecudes nullo ducente ſequutæ,
Sæpe hæ carpſerunt gramen cuſtode carẽtes,
Sæpe ſuam ad caulam rediere è gramine molli
Sponte ſua. In qua paraphraſi me tribus diuerſis modis illud αὐταὶ interpretari obſeruandum eſt.

Pro hiſce autẽ duobus qui ſequuntur (vnico interiecto) verſibus Theocriti,

Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς,

Naſo octodecim dedit: quorum duo primi ſunt iſti,

Candidior folio niuei Galatea liguſtri,
Floridior prato, longa procerior alno.

Neſcio igitur an ſuſpicandum ſit Theocritum his comparationibus plures quàm duos illos verſus largitum eſſe, ſed eos intercidiſſe. Alioqui certè pro vno Theocriti verſu, quo laudatur illa, nouem Latini illius poetæ: pro altero, quo vituperatur, alios totidem habemus. Obſeruandum eſt autem illum nullam ex comparationibus Theocriti ſequi, ſed ex iis aliarum quarundam occaſionem ſumere. Quum enim dicat Theocritus,

Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνὸς,

ille, perinde acſi à Theocrito non minus

aptè

aptè dici potuiſſet *πακτᾶς ἁπαλωτέρα*, quàm *λευκοτέρα πακτᾶς*, dicit inter alia, *mollior lacte coacto*. Et quum dicat ille Græcus, *φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς*, id eſt, *acerbior vua immatura*, Latinus, comparationem hanc inuertens, dicit, *matura dulcior vua*.

Aliorum quorundam ex eodem Naſonis loco cum Theocriteis collationē, inter eas quæ ſequuntur Obſeruationes habebis. Quid ſi verò (dicet quiſpiam) Naſo aliquē alium poetam legerat idem argumentum tractantem? Quempiam hoc cogitaturum (& quidem de Marone etiam fortaſſe) mihi in mentem venit quumprimùm collationis verſuum huius Latini poetæ cum Græco illo mentionem cœpi facere: ſed quàm veriſimile eſt huic Latino poetæ ſuum fœcundiſſimum ingeniū omnia illa quæ Theocriteis adiicit potuiſſe ſuppeditare, tam abſimile vero eſt vllum fuiſſe poetam celebrem qui idem quod Theocritus argumentū tractauerit: niſi eum, quanuis celebrem, Virgilio tamen non placuiſſe, nec dignum habitū eſſe quem imitaretur: aut certè, quãuis eum imitatus eſſet Virgilius, cùm aliis tamē multis, tum etiam Aulo Gellio fuiſſe incognitū dicamus. Apud eum enim legimus libri noni capite nono, Scitè igitur & conſideratè

Virgilius, quum aut Homeri, aut Heſiodi, aut Apollonii, aut Parthenii, aut Callimachi, aut Theocriti, aut quorundam aliorum locos effingeret, partē reliquit, alia expreſſit. Et paulo pòſt, Sicut nuperrimè apud mēſam quum legerentur vtraque ſimul bucolica, Theocriti & Virgilii. Si enim quicquā aliunde ſumpſiſſe aut ſumere potuiſſe Virgiliū exiſtimaſſet, minimè hìc tacuiſſet. Nihilo autē magis credibile eſt fuiſſe lectum à Naſone, non item à Marone, vllum poetam qui bucolica ſcripſiſſet, quàm Gellio incognitū eum eſſe potuiſſe.

IN VIRGILIANAS Theocriti imitationes;

OBSERVATIONES HENR. STEPHANI.

IN ECLOGAM I.

DE VIRGILIANA Theocriti imitatione, ſeu de Virgilianis Theocriti imitationibus, duo præfabor: vnum, Virgilium ita Theocritum imitari, vt quoſdam eius locos planè effingat, ſeu exprimat, & quidem verbum verbo alicubi reddentem: quoſdam autẽ tantummodo adumbret. Alterum eſt, Virgilium in vno interdũ eodémque loco diuerſos Theocriti imitari: interdũ etiam, quæ Theocritus in vno idyllio ſimúlque dixerit, ea Virgilium per duas tréſve eclogas, nonnunquam & per diuerſos earum locos diſperſiſſe. Exempli gratia, pleraque Cyclopis Theocritei partim in Alexide Virgilii, partim in Pharmaceutria eius extant. Dicit enim ibi Polyphemus Galateæ,

Ἠράσθην μὲν ἔγωγε κόρα τευ ἁνίκα πρᾶτον
Ἦνθες ἐμᾷ σὺν ματρὶ, θέλοισ᾽ ὑακίνθινα φύλλα
Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ᾽ ὁδὸν ἡγεμόνευον.
Παύσασθαι δ᾽ ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδ᾽ ἔτι πω νῦν
Ἐκ τήνω δύναμαι. τὶν δ᾽ οὐ μέλει οὐ μὰ Δί᾽ οὐδέν.
Γινώσκω χαρίεσσα κόρα τίνος οὕνεκα φεύγεις.

Οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὡς μία μακρά·
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.
Ἀλλ' αὐτὸς τοιοῦτος ἐὼν, βοτὰ χίλια βόσκω,
Κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρω· ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.
Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων.

Ex quibus verſibus Virgilius primos tres in Pharmaceutria imitatur, necnon ſeptimi principium, vno eodémque in loco, ſed non ſeruato eodem ordine: at quinque poſtremos in Alexide. Vt autem iis quibus pollicitus ſum gratificer, totum locum meo interpretabor modo: id eſt, hos Græcos verſus Latinis totidē includam, nihilo penè maiore cum libertate quàm ſi ſoluta oratione, verbum verbo reddens, interpretarer. Ita enim fiet vt illi qui Theocriteos non intelligunt, cum his tamen Virgilianos conferre poſſint, & videre qualis eius ſit imitatio, ſiue quatenus eos ſit imitatus.

Tunc ſum virgo tui tunc primùm captus amore,
Quum primùm tu matre mea comitata venires,
Vt folia ex iſto legeres hyacinthina monte.
Dux ego veſter eram. nec, quo te à tempore vidi,
Vlla tui aſpectus ſatias. quod non tibi curæ eſt.
Virgo venuſta ſcio cur me auerſeris amantem.
Nempe ſupercilium hirſutum ſe porrigit omnem
Per frontem, atque aures vnum pertingit vtraſq;:
Vnúſque eſt oculus, naſo labra ipſa teguntur.
Verùm mille, licet talis, pecudes ego paſco.
Et præſtanti implent mulctræ mea pocula lacte.
Caſeus haud æſtate, autumni aut tempore deſit,
Haúdq; hyeme in ſūma: calathi ſunt ſēper onuſti.

Dat mihi ſupra alios Cyclopas fiſtula laudem.

Nunc Eobani interpretationem audi, quæ viginti duobus verſibus conſtat, & ita libera eſt vt vix plura Theocritea quàm ſua habere dici poſſit:

Verùm ego te, ô virgo, quo primum tempore vidi
Montibus in noſtris dulci cum matre legentem
Purpureos flores & odoriferos hyacinthos,
Hauſtis incautum flammis in pectus amaui,
Et tua præcedens mea per veſtigia duxi.
Ex illo nequeo requieſcere tempore, vultus
Inſpiciens formoſa tuos: ſed totus amore
Tempore ab hoc pereo. nec tu miſerata dolentem
Reſpicis, aut noſtrum curas proh Iuppiter ignem.
Sed ſcio cur fugias, cur me chariſſima ſpernas:
Denſa ſupercilio quia frons eſt plurima longo,
Idque aurem flexu contingit vtranque ſuperbo.
Vnus ineſt oculus, ſupráque capacia naſus
Vaſta mole iacet mea labra, atque imminet ori.
Verum talis ego, & forma non optimus iſta,
Mille meas paſco Siculis in montibus agnas,
Dulcia quas mulgens niuei bibo pocula lactis.
Caſeus haud vllo deſit mihi tempore, non quum
Aut æſtas venit, autumnúſve aut bruma niualis:
Cuius ſtant calathi ſemper mihi pondere preſſi.
Nec me carminibus quiſquam præſtantior vno
Cyclopum, qui paſcat oues hæc culmina circum.

Hic tandem interpretandi (ſi hoc interpretari eſt) finem facit Eobanus: atque vt primum videas quid ex Virgilio potiùs quàm ex ipſo Theocrito ſumpſerit, en tibi Virgilianos locos.

In ecloga octaua, quæ inſcripta eſt Pharmaceutria,

Sepibus in noſtris paruam te roſida mala
(Dux ego veſter eram) uidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam cœperat annus. &c.

Paulo antè,

Dúmque tibi eſt odio mea fiſtula, dúmque capellæ,
Hirſutúmque ſupercilium, prolixáque barba.

Poſtremos autem ſic imitatur ecloga ſecũda, cui nomen Alexidi,

Deſpectus tibi ſum: nec quis ſim quæris Alexi,
Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.
Mille meæ Siculis errant in montibus agnę.
Lac mihi non ęſtate nouum non frigore deſit.
Canto quę ſolitus, ſiquando armenta vocabat,
Amphion Dircæus in Actęo Aracyntho.

Virgilius in iſto hemiſtichio, *Dux ego ueſter eram*, omnino verbum verbo reddidit: ideóque abſque vllo periculo poterat Eobanus illud ex eo mutuari. quod tamen non fecit, ſed totum hunc verſum in paucis illis verbis exponendis conſumpſit,

Et tua præcedens mea per veſtigia duxi.

quod haud ſcio an ab eo dictum ſit exemplo vllius poetæ ex iis quorum aliqua eſſe debet apud nos autoritas. Inter illa autem quæ de ſuo addit, periculoſum hoc eſt,

-& forma non optimus iſta,

quum Cyclopem contrà audiamus dicentem apud Nâſonem,

-placuítque mihi mea forma uidenti.

quod ex ſexto Theocriti idyllio accepit. & quũ multa Theocriteis adiiceret, operam dare debuit nequid quod vllo modo repugnare illis videri poſſet, admiſceret.

Quũ dicit, Nec me carminibus &c. voce vtitur cuius ſignificatio latius patet quàm vt ad fiſtulæ ſibilũ reſtringi hic debere lector cogitare poſſit. Ego igitur vel fiſtulæ vel ſibili mentionem facere neceſſe putaui; quum συρίσδεν dixerit Theocritus. Ideo verti,

Dat mihi ſupra alios Cyclopas fiſtula laudem.
Sed & ita reddidi,

Haúdque æquare poteſt alius mea ſibila Cyclops.
ſicut de illo Naſo dixerat,

Senſerunt toti paſtoria ſibila montes.

At Virgilius (dicet quiſpiam) liberius etiam vertit,

Canto quę ſolitus, ſiquando armenta uocabat,
Amphion Dircęus in Actęo Aracyntho.

Sed aliud eſt, Alexidis, aliud, Cyclopis, & quidē Polyphemi, perſonā introducere. Neque negare quiſquam poteſt, Virgilium, ſi Cyclopi hæc de Amphione verba tribuiſſet, decorum minimè ſeruaturū fuiſſe. Quem in ſermonem quum inciderim, non omittenda eſt Cyclopis exclamatio, quam Eobanus inter alia adiicit, Proh Iuppiter. Et videndum an decorū hîc ſeruetur, vt hac exclamatione Cyclops vtatur, quem audiuus dicentem apud Naſonem,

Quique Iouem & cœlum ſperno & penetrabile fulmen.

Qua in re autorem ſequitur Homerum, apud quem ille ipſe dicit,

Νήπιος εἰς ὦ ξεῖν', ἢ τηλόθεν εἰλήλουθας,
Ὅς με θεοὺς κέλεαι ἢ δειδίμεν ἢ ἀλέασθαι.
Οὐ γὰρ Κύκλωπες Διὸς αἰγιόχου ἀλέγουσιν,
Οὐδὲ θεῶν μακάρων· ἐπειὴ πολὺ φέρτεροί εἰμεν.
Οὐδ' ἂν ἐγὼ Διὸς ἔχθος ἀλευάμενος πεφιδοίμην
Οὔτι σευ, οὔθ' ἑτάρων, εἰ μὴ θυμός με κελεύει.

Quòd ſiquis ita excuſare Eobanum velit, vt dicat Theocritum illam quidem exclamationem ei non tribuiſſe, ſed iuſiurandum ſaltem, οὐ μὰ Δία: reſpondebo, veriſimile eſſe, has voculas ab illis etiam qui ſimpliciter affirmare aliquid vellent, nec de iureiurando, aut, ſi de iureiurando, non tamen & de Ioue cogitarent, vſurpari ſolitas fuiſſe: quemadmodum in

lingua vernacula multæ ſunt affirmationes quibus quum nomina quorundam ſanctorum adhibeantur, id tamen multi, qui eas vſurpant, receptum morem ſequendo, non animaduertunt.

VERVM ad id vt reuertar quod initio dixi, Virgilium in vno interdum eodémque loco diuerſos Theocriti imitari, non præteribo, eũ his in locis quos in exemplum adduxi, præter Theocriteos illos verſus qui à me ſunt adducti, etiam alios qui in neutro illorum idylliorum extent, imitari. Hæc enim,

Nunc ſcio quid ſit Amor: duris in cotibus illum
Iſmarus aut Rhodope, &c.

ex tertio eius idyllio ſumpta ſunt, quod à nõnullis Comaſtes appellatur. nam ibi legimus,

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα. βαρὺς θεός. &c.

Obſeruandum verò eſt, quiddam ex eodem idyllio in ſuam Pharmaceutriam tranſtuliſſe, quod tamẽ cum iis quæ ex vno Cyclopis loco mutuatus eſt, miſcuerit. Quum enim dicit,

Dúmque tibi eſt odio mea fiſtula, dúmque capellæ,
Hirſutúmque ſupercilium,

eſt quidem ex Cyclope ſumptum quod de ſupercilio dicitur: at quod additur de prolixa barba, ex tertio eſt mutuatus: vbi legimus,

Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν εἶμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος;

DE HOC etiam monendum lectorem cenſui, eos ipſos qui quoſdam Virgilii locos attulerunt, in quibus Theocriteos imitatur, in eo interdum erraſſe, quòd ex duabus lectionibus eam ſequuti ſint in qua imitatio minus quàm in altera poteſt agnoſci. Exemplum habemus in Alexide. quum enim ibi legatur,

-mori me denique cogis,

at in quibuſdam vetuſtis exemplaribus ſcriptũ ſit etiã

-mori me denique coges,

atque hæc poſterior lectio melius cum loco Theocriti quem imitatus eſt, conueniat,

-ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς:

tamẽ illi alteram illam lectionem, *cogis*, ſunt ſequuti.

Aliud exemplum in eo verſu extat quo hæc ipſa ecloga, cui nomen Alexis, clauditur. Legunt enim,

Inuenies alium, ſi te hic faſtidit Alexis:

quum ſequi alteram hanc lectionem oporteat,

Inuenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexin.

nam ita legendo magis expreſſam habes imitationẽ verſus Theocriti,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον᾽ ἄλλαν.

IN ECLOGAM I.

QVVM in hac prima Ecloga Virgilii nullum ſit inſigne imitationis exemplum, & in qua ſit aliquid valde obſeruatione dignum, eam prætermittere ſtatueram: ſed poſtea cogitaui timendum eſſe ne viderer quid in ea ex Theocrito ſumptum eſſet ignoraſſe, potius quàm eam conſultò prætermiſiſſe.

Virgilius,

Non equidem inuideo, miror magis.

Theocr. idyll. 1.

Κ᾽ οὔτοι τι φθονέω.

Non neceſſe tamen eſt fortaſſe hîc imitationem conſtituere: quanuis hæc verba Græca ſonẽt, *Non equidẽ inuideo*: quoniam genus hoc loquendi & apud alios extat. Ad duo autẽ videtur poſſe referri apud Theocritum illud φθονέω, vt intelligatur. Nec verò inuideo tibi poculum: vel, Nec verò inuideo tibi canendi artem, vel peritiam. Affert autem ſcholiaſtes &

aliam lectionem, κ' οὔτι τὺ κερτομέω.

Virgilius,

-ipſę te Tityre pinus,
Ipſi te fontes, ipſa hęc arbuſta uocabant.

Theocr. idyll. IIII,

Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτὸν μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.

Id eſt,

Multo hunc mugitu ſua nunc armenta requirunt.

Eobanus duobus verſibus ita,

Nunc tamen hæ illum procul hinc abiiſſe iuuencæ
Teſtantur mugitibus, abſentémque requirunt.

Multo maius eſt quod à Virgilio quàm quod à Theocrito dicitur.

Virgilius,

Hîc tamen hac mecum poteris requieſcere nocte
Fronde ſuper uiridi.

Theocr. idyll. XI,

Ἅδιον ἐν τὤντρῳ παρ' ἐμὶν τὰν νύκτα διαξεῖς.

Sunt qui Virgilium in illo verſu ad hunc reſpexiſſe putent. quod mihi non fit veriſimile: nec verò fiet iis (vt opinor) qui conſiderabunt amatorem ſuam amicam ad ſomnũ ſecum capiendũ inuitare, apud Theocritum: at verò apud Virgilium, quod offert Melibæus Tityro ab hoſpitalitate proficiſci.

IN ECLOGAM II,

Virgilius,

-mori me denique coges.

Theocr. idyll. III,

-ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς,

Id eſt,

-tu me ad ſuſpendia coges.

Sicut apud Theocritum querens amator de amica, non amplius ipſum inuiſente: & interrogans an illi ſit odio, quòd propius aſpicienti ſimus videatur, ac ſua promiſſa barba illi diſpliceat, addit, ἀπάγξασθαί με ποιησεῖς: ſic apud Virgilium, huic querelæ,

O crudelis Alexi, nihil mea carmina curas,

Nil noſtri miſerere,

ſubiungitur,

-mori me denique coges.

Eſt enim ita legendum, ſequendo quoſdam veteres etiam libros, non *cogis*, quum futuri temporis verbũ ſit itidem apud Theocritum. Obſeruandum eſt autem multo loqui honeſtius amatorem Alexidis apud Virgilium, quàm amatorem Amaryllidis apud Theocritum: quum hoc mortis genus omnium maximè turpe atque infame habitũ fuerit, & οὐ καθαρὸς vocatus fuerit ὁ δι' ἀγχόνης θάνατος. Non dubiũ eſt verò quin hanc mortẽ maior etiã infamia ſequeretur quũ eam quis ſibi inferret. Eóque magis offendi poſſit quiſpiam lectione illius idyllii Theocriti, in quo nõ tantùm fit mentio ſuſpendii eius qui amore perditus erat, ſed talis eſt ἔκφρασις vt horrendum ſpectaculum ob oculos ponatur.

Virgilius,

Nunc uirides etiam occultant ſpineta lacerto.

Theocr. idyll. v i i,

Ἁνίκα δὴ καὶ σαῦρος ἐφ' αἱμασιαῖσι καθεύδει.

Id eſt,

Per ſepes nunc ſomnum etiam capiente lacerto.

Eobanus autem ita,

Et virides recubant ſubter conſepta lacerti,

Virgilius tempus meridianum ex iis quæ dicit vult intelligi. dicit enim apud eum Corydon,

Nunc etiam pecudes vmbras & frigora captant,
Nunc virides etiam occultant ſpineta lacertos:
Theſtylis & rapido feſſis meſſoribus æſtu
Allia ſerpyllúmque herbas contundit olentes.

quæ tria tempus meridianum eſſe oſtendunt. At verò apud Theocritum dicitur prius eſſe τὸ μεσαμέριον: deinde additur, Quo tempore ſomnum lacertus etiã capit per ſepes. Adiicitur verò & de auibus, quas κορυδαλίδας vocat, eas non ἠλαίνεσθαι. vbi neſcio an ſcholiaſtæ ſit aſſentiendum, exponenti ῥέμβεσθαι, πλανᾶσθαι, στρωφᾶσθαι: an potius, mutando ſpiritum tenuem in aſpiratum, dicẽdum ſit eſſe ἀπὸ τοῦ ἡλίου deriuatum: vt ἡλαίνεσθαι dicatur pro ἡλιάζεσθαι: quanuis ne hoc quidem legere me alibi meminerim. Hoc ſaltem conſtat, temporis meridiani deſcriptionem Virgilianã magis eſſe familiarem, vt ita dicam, quàm Theocriteam.

Virgilius,

O formoſe puer, nimium ne crede colori.
Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur.

Theocr. idyll. XXII,

-- οἶδα τὸ μέλλον.
Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.
Καὶ τὸ ἴον καλόν ἐστιν ἐν εἴαρι, καὶ ταχὺ γηρᾷ.
Λευκὸν τὸ κρίνον ἐστὶ, &c.

Idem idyllio X,

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος,
Ἀλλ᾽ ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρᾶτα λέγονται.

Duos locos affero ad quos pariter reſpexiſſe Virgilium non immeritò fortaſſe quiſpiam ſuſpicetur. ad poſteriorem quidem certè eum reſpexiſſe nemo, vt opinor, negauerit: in priore autem illa tantùm habemus verba, οἶδα τὸ μέλλον, quæ ſaltē adumbraſſe dici queat. Sonant autem illa verba, Noui quid ſit euenturum. Q.d. Noui ego quid ſit euenturum: quod tu ſi cogitares, non adeo crederes tuæ formæ. Nam roſa quoque pulchra eſt, ſed tempus ipſam marcidā reddit. &c. Dico autem potius, Non adeo crederes tuæ formæ, quàm Tuo colori (retinendo & illud Virgilii verbum) quoniam tertio verſu dicitur,

Καὶ κάλλος καλὸν ἐστὶ τὸ παιδικὸν, ἀλλ᾽ ὀλίγον ζῇ.

Verùm Virgilius nō generaliter de forma, ſed de cādore peculiariter loquitur: quæ res ex iis eſt quæ formam non parum commendant. ideóque dixit Colori, non Formæ. quoniam præceſſerat,

Quamuis ille niger, quamuis tu candidus eſſes.

In verſu autem quem ſubiungit ei quo monet nè colori nimium credas, addens,

Alba liguſtra cadunt, vaccinia nigra leguntur,

apertè ad illum alterum Theocriti locum reſpicit,

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐντὶ καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος,

Ἀλλ᾽ ἔμπας ἐν τοῖς στεφάνοις τὰ πρῶτα λέγονται.

Vbi λέγονται videtur eſſe quod à Virgilio dicitur *leguntur*. nam malè vulgò exponitur Nominātur. Hos autem verſus imitatus ſum, vel potius interpretatus, in Ecloga quadam à me olim ſcripta, quæ Venetiis edita fuit cum aliquot Moſchi, Bionis & Theocriti idylliis à me latinitate donatis. Colloquuntur autem in ea Amyntas & Menalcas, riuales: (quod nomen illi etiam Eclogæ dedi) & quum dixiſſet Amyntas,

Tu niger es: contrà candore ego lilia vinco,
Et niuei folium ſupero candore liguſtri:

reſpondet Menalcas,

Sum niger: & nigræ violæ ſunt atque hyacinthi:
Primos in ſertis tamen ambo merentur honores.

Virgilius,

Mille meę Siculis errant in montibus agnę.
Lac mihi non ęſtate nouum, non frigore deſit.
Canto quę ſolitus, ſiquando armenta uocabat,
Amphion Dircęus in Actęo Aracyntho.

Theocritus,

Ἀλλ' αὐτὸς τοιοῦτος ἐὼν βοτὰ χίλια βόσκω,
Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρω. ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί.
Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε Κυκλώπων.

Id eſt (vt ego verti)

Verùm mille, licet talis, pecudes ego paſco,
Et præſtanti implent mulctræ mea pocula lacte.
Caſeus haud æſtate, autumni haud tempore deſit,
Haúdque hyeme in ſumma: calathi ſunt ſemper onuſti.
Dat mihi ſupra alios Cyclopas fiſtula laudem.

Vel,

Haúdque æquare poteſt alius mea ſibila Cyclops.

At Eobanus (multa ſuo more addens) ita,

Verùm talis ego, & forma non optimus iſta,
Mille meas paſco Siculis in montibus agnas,
Dulcia, quas mulgens, niuei bibo pocula lactis.
Caſeus haud vllo deſit mihi tempore: non quum
Aut æſtas venit, autumnúſve, aut bruma niualis:
Cuius ſtant calathi ſemper mihi pondere preſſi.
Nec me carminibus quiſquam præſtantior vno
Cyclopum, qui paſcat oues hæc culmina circum.

In hac interpretatione illud primùm non immeritò

reprehendatur, quòd non contentus his verbis, Verùm talis ego (quæ Græcis, Ἀλλ' αὐτὸς τοιοῦτος ἐών, reſpondent) addit, -& forma non optimus iſta: quæ adiectio, vt antea dixi, periculoſa eſt: quum Cyclopi contrà ſuam formam placuiſſe conſtet, ex idyllio ſexto: vbi dicit,

> Καὶ γὰρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι.
> Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον (ἦς δὲ γαλαία)
> Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, &c.

Oportebat tamen Eobanum, quum multa Theocriteis adiiceret, cauere ſaltem nequid adderet quod vllo modo iis quæ à Theocrito dicuntur repugnaret, aut repugnare videri poſſet. Verba illa, Siculis in montibus, addit, exemplo Virgilii: cui adiectioni nõ tantum ſubeſt quantum præcedenti periculum: ſed duntaxat ne qui Græca non intelligit, pro Theocriteis ea itidem habeat quæ Eobani ſunt. Idémque & de aliis multis quæ addit, dici poteſt: iis exceptis quæ tam inepta ſunt vt eum ineptũ eſſe oporteat qui pro Theocriteis habeat.

At Naſoni, quum non interpretem ſe verſuum Theocriti profiteretur, nec velut in tranſitu, vt Virgilius, imitari eos vellet, ita licuit in paraphraſi huius loci luxuriare,

> *Hoc pecus omne meũ eſt: multę quoque uallibus er-*
> *Multas ſylua tegit, multę ſtabulãtur in antris.* [*rãt,*
> *Nec (ſi fortè roges) poſſem tibi dicere quot ſint.*
> *Pauperis eſt numerare pecus.*

Hæc enim omnia ſunt loco illius hemiſtichii,

> -βοτὰ χίλια βόσκω.

id eſt, Pecudes mille à me paſcuntur.

Virgilius quidẽ certè illis quos attuli verſibus, quorum primi initiũ eſt, *Mille mea*, &c. duos hoſce præfixerat, quibus generatim proponitur quod poſtea

particulari (vt ita dicam) enumeratione confirmatur. Præcedunt enim hi verſus,

Deſpectus tibi ſum: nec quis ſim quæris, Alexi,
Quam diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.

(vel, *niuei quàm lactis*, vt malo: quanuis vulgò *niuei* cum *pecoris* iungi videam) ſequuntur iſta,

Mille meæ Siculis errant, &c.

Verùm ad Naſonem vt reuertar, & omittam quæ de laudibus ſuarum pecudum ſubiungit Polyphemus iis quæ de multitudine dixerat, pro his Theocriti,

Κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω,

habemus apud illum,

Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant:

Quòd ſi & illa examinare libet quæ à Virgilio ſunt omnino prætermiſſa (decorum certè ſeruante, quum aliam quàm Cyclopis perſonam repræſentaret) ſubjungendi ſunt hi duo Theocriti verſus,

-τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς,
Πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων:

& conſiderandum quomodo illi materiã horum pulcherrimorum verſuum præbuerint,

Nec tibi deliciæ faciles vulgatáque tantùm
Munera contingent, damæ, leporéſque capræque,
Párue columbarum, demptúſue cacumine nidus:
Inueni geminos qui tecum ludere poßint,
Inter ſe ſimiles (uix ut dignoſcere poßis)
Villoſæ catulos in ſummis montibus vrſæ.
Inueni, & dixi, dominæ ſeruabimus iſtos.

At Virgilius decorum ſeruauit (quemadmodum dixi) talia prætermittendo. non enim vt decebat Cyclopem, vrſæ catulis amicam munerari, aut ſaltem illi eos munus promittere, ita Corydonem decuiſſet Alexin hoc munere velle demereri.

Cæterùm illis Theocriti verbis, quæ verſum vnũ duntaxat & dimidium efficiunt, non aliud dicitur quàm hoc,

> Vndecim alo ceruas, oneratas fœtibus omnes,
> Atque tibi vrſarum catulos alo quattuor.

Eobanus ita,

> —ſed nunc tibi nutrio ceruas
> Ter tres atque duas, fœcundas fœtibus omnes,
> Quattuor vrſorum catulos.

Naſo autẽ pro Alere, ſeu Nutrire, dixit Seruare: ſicut aliquanto antè dixerat,

> *Sunt auro ſimiles longis in vitibus vuæ,*
> *Sunt & purpureæ: tibi & has ſeruamus & illas.*

Atque ita & apud Virgiliũ *Seruo* dicit alicubi amator amicæ, de quodã ſuo munere, ex Theocriteo φυλάσσω. Quemadmodum autem hìc duo vuarum genera, ex coloris diuerſitate, promittit, ſic paulo pòſt duo genera prunorum: vbi quæ cerea Virgilius vocat, maluit appellare Nouas imitantia ceras. Dicens autem *Lac mihi ſemper adeſt niueum*, eodem quo Theocritus alibi, epitheto vtitur: qui Theocritus ex Homero accepit. Atque id, quòd naturale ſit (vt ita dicam) eo etiam magis ſimplicitati eius quæ introducitur perſonæ optimè conuenit. Quanuis enim tanta in Alexide Virgiliano quanta in Cyclope Theocriteo, ſimplicitas nõ requiratur, exiſtimo tamẽ & ab eo epithetum *niuei* ad genitiuum *lactis*, non *pecoris*, referri: dicturúmque fuiſſe, ad vitandã ambiguitatem,

> *Quàm diues niuei pecoris, quàm lactis abundans,*

potius quàm,

> *Quàm diues pecoris niuei, quàm lactis abundans.*

Non ignoro alioqui quæ à Seruio afferantur pro iſta interpunctione, quæ *niuei* iungit cum *pecoris*.

Iam verò ſiquem recentium etiam poetarum imi-

tationes quaſdam perpendere non pigeat, ſequentes Calphurnii & Nemeſiani locos legat. Ac primùm quod ad illa Theocritea attinet, -βοτὰ χίλια βόσκω, (pro quibus habet Virgilius,

Mille meæ Siculis errant in montibus agnæ)

pro illis hæc reſpondent apud Calphurnium,

Millè ſub uberibus balantes paſcimus agnas,
Tótque Tarentinæ præſtant mihi uellera matres.

Et verſus qui hos excipit, hæc Theocriti imitatur,

Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρῳ.

ſed pro enumeratione partiũ anni dicit *totum annũ*

Per totum niueus premitur mihi caſeus annum.

Apud Nemeſianum verò iſta,

Quid tibi quæ noſti referam? ſcis mille iuuencas
Eſſe mihi?

reſpondēt illi hemiſtichio, βοτὰ χίλια βόσκω: at quæ verſum hunc abſoluunt, reſpondent illis,

Κἠκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.

Sunt enim hæc, -*noſti nunquã mea mulctra vacare.* Obiter autem de hoc monebo, in iſto Theocriti verſu, τὸ κράτιστον γάλα, poſſe intelligi vel perinde acſi non præfixus eſſet articulus: vt dicat ſe bibere lac quod mulgetur (id eſt, mulgendo exprimitur) quod quidem eſt optimum: vel, vt dicit ſe bibere partem lactis præſtantiſſimã: ſiue quod in toto lacte eſt præſtãtiſſimum, cuiuſmodi eſſe exiſtimatur quod cremor appellatur. Cæterùm annotat Seruius Virgiliũ multo melius lactis perpetui quàm caſei mentionẽ feciſſe. In hæc enim, *Lac mihi non æſtate nouum, nõ frigore deſit*, ſcribit, Multo melius quàm Theocritus. ille enim, Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, &c. Sed quia caſeus ſeruari poteſt, non mirum eſt ſi quouis tempore quis habeat caſeum. Hoc verò laudabile eſt, ſiquis

habeat lac nouum, id eſt coloſtrum. quod neutri generis eſt: nam fœminini eſſe penitus non poteſt. Addit autem, Virgiliomaſtigem verſum hunc malè diſtinguendo vituperaſſe, hoc modo,

Lac mihi non æſtate nouum, non frigore: deſit.

Hæc ille. poſſet alioqui Virgilii verſus & aliter ſenſũ contrarium accipere, leui cũ mutatione: hoc modo,

Lac mihi non æſtate nouum eſt, & frigore deſit.

Verùm, vt ad illos recentiores poetas reuertar, aut ſaltẽ ad alterũ eorum, Nemeſianũ, poſſit videri reſpexiſſe ad illa quæ paulo antè attuli ex Theocrito verba, οἶδα τὸ μάλλον, vbi dicit, *Non hoc ſemper eris*. Totus locus eſt hic,

Reſpice me tandem puer ô crudelis Iola.
Non hoc ſemper eris. perdunt & gramina flores.
Perdit ſpina roſas, nec ſemper lilia candent:
Nec longum tenet uua comas, nec populus umbras.

vbi roſæ inter alia mẽtionem facit, ſicut Theocritus, ſtatim poſt illa quæ modò attuli verba,

Καὶ τὸ ῥόδον καλόν ἐστι, καὶ ὁ χρόνος αὐτὸ μαραίνει.

Alias imitationes huius Nemeſiani, & alterius qui Calphurnius vocatur, videbis inter ea quæ ſequũtur.

Quod autem attinet ad duos poſteriores verſus loci Virgilii, (ex quatuor quos cum Theocriteis conferre & examinare cœperam) hos inquam,

Canto quæ ſolitus, ſiquando armenta uocabat,
Amphion Dircæus in Actæo Aracyntho,

ſcio exiſtimari Virgiliũ ita eſſe imitatũ hũc verſu Theocriti, Συρίσδεν δ᾽ ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε κυκλώπων, vt longè ſuperauerit, quòd & Amphionis cantuũ mẽtionẽ fecerit, ac nominatim eorum quibus vtebatur quum greges è paſtu euocaret, quaſi receptui canẽs, quia paſtores illis cãtibus ſerotinis cæteros toti⁹ diei conabãtur ſuperare. Sed aliud eſt (queadmodum dixi

antea) Alexidis, aliud cyclopis, & quidē Polyphemi, perſonā introducere: adeo vt fatēdum ſit, Virgilium, ſi apud eum cyclops ita mētionem Amphionis feciſſet, decorum minimè ſeruaturum fuiſſe: nihilo certè magis quàm ſi Corydonem villoſæ vrſæ catulos Alexidi pollicentem introduxiſſet. Ad illa autem verba quod attinet,

Canto quæ ſolitus, ſiquando armenta vocabat,

ſunt qui non tātum intelligēda putēt de cātib⁹ quos edebat eo tēpore quo greges conuocabat, quaſi receptui canens, ſed de iis quæ canebat toto tempore quo illos paſcebat. Ego verò his quàm illis aſſentiri malim. Mirum autem videri cuipiam poſſit, quum nihil ſit horum apud Theocritum, ſed tantùm dicat Polyphemus ſe fiſtula canendi peritia cæteros cyclopes ſuperare, Seruiū tamen epithetum *Actæo*, Theocriti imitatione velle excuſare, tanquam alioqui reprehendendum. Poſtquam enim dixit, pleroſque *Actæo* intelligere Athenienſi: non quòd Aracynthus apud Athenas ſit, ſed vt oſtendatur ruſtici imperitia: addit, Nam Theocritus ad exprimēdam ruſticam ſimplicitatem, multa aliter quàm res habeat dicit. Mirū (inquam) videri poſſit cuipiam hic Seruium imitationē Theocriti prætexere, quum nihil tale ſit apud Theocritum: ſed intelligendum eſt, Virgilium hîc eā ſimplicitatem imitari, quam Theocritus alibi expreſſerit: & libertatem eam ſimplicitati illi tribuere, multa aliter quàm res habeat dicendi. Subiungit enim, Hac ratione poteſt & Oaxis, Cretæ fluuius accipi: quum Oaxis ſit (vt diximus) Meſopotamiæ.

Virgilius,

Nec ſum adeo informis. nuper me in littore vidi.

Quum placidum ventis ſtaret mare.

Theocr. idyll. vi,

Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον· ἦς δὲ γαλαία.

Quos verſus ita verto,

Nam mala forma mihi nõ eſt, velut eſſe loquũtur.
AEquor enim nuper, vento non flante, tuebar.

Vel ſic poſteriorem verſum,

AEquora enim nuper, quũ eſſent trãquilla, tuebar.

Eobanus ita,

Et neque deformis tam ſum quàm dicor: in vnda
Nuper enim vidi ipſe meos è littore vultus,
Quum nulli flarent tranquilla per æquora venti.

Obſeruatione digniſſimũ eſt, Virgiliũ poſt illa verba, *Nec ſum adeo informis*, maluiſſe relinquere lectori aliquid ſubaudiẽdum, quàm orationem implere: quòd plus gratiæ habere videretur ea quæ eſſet ita imperfecta vt cuique facile eſſet perficere: etiam non cõferendo cum Theocrito. Ex hoc autem poſſit ita impleri,

Nec ſum adeo informis quàm vulgò me eſſe loquuntur.

Cæterùm, pro enumeratione ſingulorum quæ illi ſuũ vultum in aqua intuenti pulchra videbantur, Virgilianus Corydon non aliud quàm oſtendit ſe bonam ſpem de ſua forma concipere: quippe qui dicat ſe non metuere ne Daphnis formoſior vel ab ipſo Alexide iudicetur. Subiunguntur enim hæc à Virgilio,

-non ego Daphnin
Iudice te metuam, ſi nunquam fallit imago.

quum Theocritus iſta ſubiunxiſſet,

Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα,
Ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, κατεφαίνετο. τῶν δέ τ' ὀδόντων
Λευκοτέραν αὐγὰν Παρίας ὑπέφαινε λίθοιο.

Quæ ita verti,

Pulchra videbatur mea tum mihi barba, meúſque
Vnicus ille oculus (quãtum à me hoc iudice pẽdet)
Pulcher erat. noſtris maiorem in dentibus æquor
Candorem Parii quàm marmoris oſtendebat.

At Eobanus ſic,

Formoſǽque genæ fuerant, formoſus & ipſe
Vnicus hic oculus, me iudice: deinde venuſti
Et niuei Pario certabant marmore dentes.

Vbi Genæ (vt cætera taceam) ab eo pro γένεια poni, valde miror: & vereor ne ſimilitudo duarũ in duabus linguis vocum illum fefellerit, ſimul & numeri pluralis pro ſingulari vſus.

Ad illa autẽ Theocriti verba quod attinet ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, ſi Virgilius dixiſſet, non *indice te*, ſed *indice me*, ea non tantùm imitatus eſſet, ſed etiam reddidiſſet, & maiorem etiam ſimplicitatem expreſſiſſet. Nec verò ille duarum ſimilium ſyllabarum concurſus durior quàm alii quidam apud eum, fuiſſet. Ex nullo tamen libro illud perſonæ primæ pronomen afferri video. Cæterùm & hoc conſiderandum, ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, peculiariter ad id quod de oculo dicit exiſtimari referendum: quoniam non veriſimile eſt, vnoculum, & quidem qui oculum in media fronte habeat, poſſe aliis placere quàm illi qui inter alios ſibi ſimiles ſolitus ſit verſari. Videndum porro an illa verba, ὡς παρ' ἐμὶν κέκριται, poſſint melius reddi hoc modo,

-iudex quantum eſſe valebam.

Cæterùm ita Naſo locum hunc Theocriti imitatus eſt,

Certè ego me noui, liquidaq; in imagine vidi
Nuper aqua: placuítque mihi mea forma videnti.

Ex illis autem duobus poetis recentioribus, quorum & antea locos protuli, vnus quidem, nimirum Calphurnius,

Fontibus in liquidis quoties me conſpicor ipſe,
Admiror toties.

alter, cui nomen Nemeſiano,

Quinetiam fontis ſpeculo me manè notaui,
Nondum purpureos Phœbus quum tolleret ortus,
Nec tremulum liquidis ſplenderet lumen in vndis,
Quod vidi, nulla tegimur lanugine malas.

Mutauit igitur vterque id quod à Seruio reprehenditur. in illa enim verba, *- nuper me in littore uidi,* annotat, Negatur hoc per rerum naturam fieri poſſe: ſed Theocritum ſequutus eſt, qui hoc dicit de Cyclope, Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον· ἦν δ' ἁ γαλάνα. Sed illi eſt excuſatio: vel quia ingentem habet oculum cyclops: vel quia filius Neptuni eſt. Quibus addit, quoſdam voluiſſe ita excuſare, vt dicerent eum videre ſe potuiſſe in littore: id eſt, in aqua à fluctibus derelicta, quæ lacunam ibi efficeret: ſed hanc expoſitionem excludi ab illis verbis, *- quum placidum uentis ſtaret mare.* Ideo autem in mari non cerni imaginem, quia non ſtat: quòd ſi ſtet, non poteſt etiã nobis imaginem reddere. Hæc ille. Ab Ouidio dicitur generalius *liquidæ aquæ.* A quo etiã non prætermitti particulam πρᾶν, ſicut nec à Virgilio, obſeruandum eſt. Vterque enim dicit *nuper.* Rem autem magis veriſimilem reddit hæc particula, tum quòd à tam breui tempore valde mutatus eſſe non poſſit, tum quòd optimè meminiſſe queat.

Cæterùm quod ad illã rẽ attinet quã Seruius fieri poſſe negat, vt quis ſuã in mari cõſpicetur imaginẽ, ſciendũ eſt Lucianum tamẽ in primo ſuorum dialogorum, qui ἐνάλιοι vocantur, id eſt marini, inducere

Doridem de ea ita loquentem tanquam à Galatea fieri poſſit. Doris enim, poſtquam dixit Galateæ, Polyphemum nihil præter candorem potuiſſe in ea inuenire quod laudaret; quem colorem ideo illi placere quòd, quum caſeo & lacti ſit aſſuetus, omnia quæ ſimilia ſunt, pulchra eſſe cenſeat: addit, ſi velit cognoſcere qualis ſit ſua forma cætera (id eſt in cæteris) poſſe ex aliquo ſcopulo, quum tranquillitas erit, in aquam deſpicere: (intelligitur autem illa tranquillitas de mari) viſuram enim ſibi purum putum candorem ineſſe: qui tamen formam non commendet, niſi decorus quidam rubor ſupereminead, ſiue intereminead. Verba Luciani ſunt, ἐπεὶ τάχα ἄλλα ὁπόταν ἐθελήσῃς καθορᾶν οἷα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν, ἀπὸ πέτρας τινὸς, εἴποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἰδὲ σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ χροιὰν λευκὴν ἀκριβῶς. οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο ἢν μὴ ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα. Delectabit autem te & quorundam quæ in illo dialogo de Polyphemo dicuntur, collatio cum iis quæ Theocritus de eo dicit idyllio ſexto & vndecimo. Nam initio dialogi ἄγριος & λάσιος eſſe perhibetur: itẽ oculus fronti illius ἐπιπρέπειν dicitur: & greges paſcens conſpexiſſe Galateam ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς, quum illa cæteris Nereidibus colluderet in littore, ἐν τοῖς πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθ' ὃ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνεται. Ibidem legimus circa finẽ, illum conſpectum aliquando eſſe geſtantem in vlnis catulum vrſæ, quod illi erat ἀθυρμάτιον. vt ſi Gallicè dicas, *ſon iouet.*

Virgilius,

O tantùm libeat mecum tibi ſordida rura

Atque humiles habitare caſas, & figere ceruos,
Hœdorúmque gregem viridi compellere hibiſco.

Theocritus idyll. XI,

Ποιμαίνειν δ' ἐθέλοις σὺν ἐμὶν ἅμα καὶ γάλ' ἀμέλγειν,
Καὶ τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα.

Quæ Eobanus ita vertit,

-quin paſcere mecum
Ipſa velis potius, mulgere ex vbere lactes
Fœcundo niueos, & ferre coagula plenis
In calathis grauiter redolentia: denique molles
Caſeolos manibus componere.

Sed alius quidam ita multo & breuius & melius,

O vtinam cupias mulgere, & paſcere mecum,
Cogere caſeolos, dans lenta coagula lacti.

Decorum autem videtur ſeruare vterque poeta, in iis quorum mentionem facientem ſuum amatorem inducit: hic, Polyphemum: ille, Corydonem. Tibullus pro illis, τυρὸν πᾶξαι, τάμισον δριμεῖαν ἐνεῖσα, dixit *Miſcere nouo lacte coagula.*

Virgilius,

Eſt mihi diſparibus ſeptem compacta cicutis
Fiſtula.

Theocritus idyllio VIII,

Σύριγγ' ἂν ἐποίησα καλὰν ἐγὼ ἐννεάφωνον.

Vel ἐπόησα, vt alii legere malunt. Obſeruandum eſt autem, non ἑπτάφωνον dici σύριγγα, id eſt fiſtulam, ſed ἐννεάφωνον: & tamen à Virgilio, fiſtulam ſeptem cicutis compactam: ſicut Æneidos ſexto, de Orphei cithara,

Obloquitur numeris ſeptem diſcrimina vocum.

Atque vt in illo priore loco Virgilii Fiſtula diſparibus ſeptem compacta cicutis, ſic in quodam Naſonis legitur Diſpar è ſeptẽ fiſtula cannis: Metamorph. 2,

-onúſq; fuit baculus ſylueſtris oliuæ,
Alterius, diſpar è ſeptem fiſtula cannis.

De impari ſaltem numero inter Theocritum & illos duos poetas conuenit. Cæterùm ſicut ab illo ceræ fit mentio quæ adhibita eſſet fiſtulæ, in verſu qui illum proximè ſequitur: (ibi enim eſt,

Λευκὸν κηρὸν ἔχοισαν, ἶσον κάτω, ἶσον ἄνωθεν)

ſic & à Virgilio, paulo antè,

Pan primus calamos cera coniungere plures
Inſtituit.

Sic & ecloga tertia,

-aut vnquam tibi fiſtula cera
Iuncta fuit?

Sic autem & Naſo Metamorph. 1,

Atque ita diſparibus calamis compagine ceræ
Inter ſe iunctis nomen tenuiſſe puellæ.

Hinc autem κηρόδετος à Græcis appellatur σύριγξ (id eſt fiſtula) quæ eſt cera iuncta, vt loquitur Maro. Quinetiam κάλαμος dictus κηρόδετος inuenitur, & ab Æſchylo δόναξ κηρόπλαστος.

Virgilius,

Præterea duo nec tuta mihi valle reperti
Capreoli, ſparſis etiam nunc pellibus albo,
Bina die ſiccant ouis ubera, quos tibi ſeruo.

Theocritus idyllio XI,

-τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς,
Πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων.

(vbi & vocis νεϐρὸς & vocis ἀμνοφόρος appellatio latius extenditur: quum alioqui νεϐροὶ propriè ſint hinnulei: & ἀμνοφόροι debeant dici propriè oues, at ceruæ, νεϐροφόροι)

Quæ (ſicut & ſuprà) ita verto,

Vndecim alo ceruas, oneratas fœtibus omnes,
Atque tibi vrſarum catulos alo quattuor.

Eobanus autem ita verterat,

.ſed nunc tibi nutrio ceruas
Ter tres atque duas, fœcundas fœtibus omnes,
Quattuor vrſorum catulos.

Hîc meminiſſe oportet eius quod antea dixi, Virgilium non fuiſſe ſeruaturum decorum ſi Corydonem induxiſſet Alexidi tale munus, quale Cyclops Galateæ, pollicentem. Nullam igitur catulorum vrſinorũ mentionem facit: quinetiam capreolorum quàm ceruarum prægnantium mentionem mauult facere.

Virgilius,

Iampridem à me illos abducere Theſtylis orat:
Et faciet, quoniam ſordent tibi munera noſtra.

Theocritus idyllio III,

Ἦ μάν τοι λευκὰν διδυματόκον αἶγα φυλάσσω·
Τάν με καὶ ἁ Μέρμνωνος Ἐριθακὶς ἁ μελανόχρως
Αἰτεῖ· καὶ δωσῶ οἱ, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ.

Quos verſus ita reddo,

-tibi chara puella
Seruo gemelliparam niueo candore capellam:
Illa nigella à me quam poſcit Erithacis, illa
Filia Mermnonis. dabo: quòd ludibria tanta,
Tanta etiam cerno tibi quòd faſtidia noſtri.

Eobanus ita,

Nunc tamen hanc paſco bis fœtam albámque capellam:
Quam ſibi iam toties Mermnonis Erithacis vltrò
Filia depoſcit, corpus pulcherrima nigrum.
Et certe feret, & quod tantum quærit, habebit:
Quandoquidem tu me multum ſpe fallis inani,
Et tibi deliciæ ſunt hæc ludibria noſtri.

Illud verbum ἐνδιαθρύπτῃ obſtitit quominus Græcos verſus totidem Latinis poſſem reddere: cuius certè talis eſt ſignificatio vt vix vllam alius cuiuſquam difficilius ſit exprimere. Ac Gellius fortaſſe, ſi loci huius fuiſſet recordatus, illis annumeraſſet qui Latinè verti non poſſunt. Virgilius tamen, quum dixit, *quoniam ſordent tibi munera noſtra*, ad verba illa reſpexiſſe videtur, ἐπεὶ τύ μοι ἐνδιαθρύπτῃ. Eſt verò rarum hoc compoſitum ἐνδιαθρύπτεσθαι, cui hîc tribuitur datiuus: ex ſimplici autem θρύπτεσθαι perſpici poteſt eius ſignificatio. ideóque ad meum Theſaurum Græcæ linguæ te remitto, quoniam ibi copioſè de vi illius ſimplicis diſſerui: & quum eam Latinis verbis non omnino aſſequi viderem, ad Gallica etiam quædam loquendi genera me contuli: quibus adiici fortaſſe poteſt quod vulgò dicitur, *Elle fait de la ſucree.* Atque illi quod ibi annotatur, plerunque θρύπτεσθαι dici meretricem, ſuffragatur & hic locus Theocriti, niſi quòd in eo eſt compoſitum, & quidem cum adiunctione datiui, quum ibi exempla proponantur vſus verbi ſimplicis. Eobanus (vt vides) vertendo hemiſtichio in quo eſt illud ἐνδιαθρύπτῃ, totos duos verſus adhibet, quorũ poſterior eſt, Et tibi deliciæ ſunt hæc ludibria noſtri. Verùm minus etiam aptè hîc vti videtur voce Deliciæ, quàm quum θρύπτεσθαι redditur Delicias facere. Idẽ (vt de aliis quoque obiter

moneam) nomen illud ἁ μελανόχρως, (id eſt quæ nigro eſt corpore, vel nigra cute) periculoſè interpretatur Corpus pulcherrima nigrũ. quod enim de pulchritudine dicit non eſt eiuſmodi quod ab interprete adiici debeat. Idem, dicens Paſco capellam, φυλάσσω malè exiſtimauit dici eo ſenſu quo paſtores Latinè etiam dicuntur Seruare oues, vel pecudes, aut gregem (vt dixit Naſo,

Non mihi ſunt viſæ Clio Cliúſque ſorores
Seruanti pecudes vallibus Aſcra tuis)

quum φυλάσσω in hoc Theocriti loco, ſicut & in quibuſdam aliis ſit *ſeruo*, ea ſignificatione qua dixerat paulo antè Virgilius, *-quos tibi ſeruo*. Nam quũ ibi τρέφω dixiſſet Theocritus, ipſe *ſeruo* dicere maluit (quum etiam verſus mutandus alioqui eſſet) accipiens φυλάσσω ex alio loco Theocriti, ſed quem illi adnectebat. Obſeruandum enim id de quo præmonui, Virgilium interdũ quæ in diuerſis Theocriti ſunt locis, & quidem diuerſorum idylliorum, connectere. nam quum verſus tres Virgilii quos proximè attuli (quorum primi initium eſt, Præterea duo nec tuta m. v. r.) & iſti duo, qui nunc à nobis excutiuntur, ſint contigui, tamen illi ex idyllio vndecimo, hi ſunt ex tertio. Hîc verò illam connexionem diuerſorum locorum magis etiam aptam quàm alibi iudicare debemus, quòd vtrobique eadem perſona inducatur à Theocrito, nimirum cyclopis.

Virgilius,

-tibi candida Nais
Pallentes violas & ſumma papauera carpens,
Narciſſum & florem iungit beneolentis anethi.

Theocritus idyll. x i,

-ἔφερον δέ τοι ἢ κρίνα λευκὰ,
Η᾿ μάκων᾿ ἁπαλὰν, ἐρυθρὰ πλαταγῶνι᾿ ἔχοισαν.

Id eſt,

-atque tibi vel candida lilia ferrem,
Vel folia exornant quod tam rubicunda papauer.

Eobanus ita,

Impleremque ſinum foliis, & lilia plenis
Alba darem manibus, rubroque in flore papauer,
Quo crepero miſeri conſuerunt ludere amantes.

Liliorum mentionem fecerat antea Virgilius, & quidem in his quæ proximè præcedunt,

Huc ades ô formoſe puer: tibi lilia plenis
Ecce ferunt nymphę calathis. tibi candida Nais, &c.

non poterat igitur (ſi voluiſſet) hîc cum papauere mentionem eorum facere, imitãdo Theocritum. Cæterùm voluit Eobanus illa qua vtitur paraphraſi exprimere eam quæ à grãmaticis affertur nominis πλαταγώνια ſignificationem: quod certè puto fuiſſe ἰδιωτικόν. Simplicitatem autem maximam oſtendunt quæ Theocritus ſubiungentem Polyphemum inducit,

Α᾿λλὰ τὰ μὲν, θέρεος, τὰ δὲ γίνεται ἐν χειμῶνι·
Ω῞στ᾿ οὐκ αὖ τοι ταῦτα φέρειν ἅμα πάντ᾿ ἐδυνάθην.

Virgilius,

Torua leæna lupum ſequitur, lupus ipſe capellam,
Florentem cytiſum ſequitur laſciua capella.
Te Corydon, ô Alexi. trahit ſua quemque voluptas.

Theocritus idyll. x,

Α῾ αἶξ τὸν κύτισον, ὁ λύκος τὰν αἶγα διώκει,

Α' γέρανος τὤροτρον· ἐγὼ δ' ἐπὶ τὶν μεμάνημαι.

Quæ ita verto,

Sima capella ſuum cytiſum, lupus ipſe capellam
Inſequitur ſemper, ſic & grus ſemper aratrum:
Te contra totus meus eſt furor.

Eobanus ita,

Capra ſalax viridem cytiſum, lupus ipſe capellã,
Incuruum ſequitur grus errabundus aratrum,
Te ſequor, in te præcipuo feror ipſe furore.

Virgilius aliqua ex parte voluit Theocritum imitari hoc in loco, qui gradationis formam potius quàm gradationem habet, quum verbum *ſequitur* non poſſit eundem in vltimo loco, quem in tribus præcedentibus, vſum habere. Alioqui dicendum eſſet Alexim meritò fugere procul à Corydone, eúmque valde formidare: quum ipſemet Corydon fateatur ſe non alia eum mente ſequi, quàm qua leæna lupum, lupus capellam ſequitur: atque, hoc dicere, aliud non ſit quàm mortem illi minari. Neque tamen Corydon Alexim perſequebatur frangere, ſicut leæna lupum, lupus ipſe capellam frangere perſequitur. Vtor autem Horatii verbis, qui quum dixiſſet,

Vitas hinnuleo me ſimilis, Chloe,
Quęrenti pauidam montibus auiis
Matrem, non ſine uano
Aurarum & ſyluę metu:

verſibus quatuor interiectis addit,

Atqui non ego te, tigris ut aſpera,
Gętulúſue leo, frangere perſequor.

Apud Theocritum autem verbum διώκειν non itidẽ de amatore quoque dicitur: qui tamen & ipſe durè illo verbo tã de lupo inſequẽte capellã quàm de hac

ipſa cytiſum conſectánte vtitur. Sed talia facilius apud Theocritum videntur poſſe excuſari, quàm apud Virgilium: quòd agreſtiores ille quàm hic paſtores inducat, & minus attendentes quid dicant.

Virgilius,

Ah Corydon Corydon, quæ te dementia cepit?
Semiputata tibi frondoſa vitis in vlmo eſt.
Quin tu aliquid ſaltem potius quorum indiget uſus,
Viminibus molli que paras detexere iunco?
Inuenies alium, ſi te hic faſtidit, Alexim.

Theocritus idyll. XI,

Ὦ κύκλωψ κύκλωψ, πᾶ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;
Αἴκ' ἐνθὼν ταλάρως τε πλέκοις καὶ θαλλὸν ἀμά-
σας
Ταῖς ἄρνεσσι φέροις, τάχα κεν πολὺ μᾶλλον ἔχοις νῦν.
Ταὶ παρεοῖσαν ἄμελγε· τί τὸν φεύγοντα διώκεις;
Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.

Quæ ita verti,

O cyclops cyclops, tua quò mens illa volauit?
Si rediens calathos texas, agníſque miniſtres
Deſectas frondes, multo ſapias mage forſan.
Præſentem mulge: quid ei qui te fugit inſtas?
Inuenies Galateam aliam fortaſſe, decora
Quæ forma hanc ſuperet.

Eobanus ita,

O cyclops cyclops, quæ te dementia cepit?
Quàm fuerat melius calathos contexere, & altos
Lanigeris ouibus in pabula ſternere ramos.
Hanc mulge interea. quid enim fugientia captas
Gaudia? fortè aliam quæ ſit formoſior illa
Inuenies Galateam.

Non

Non debuiſſe autem eum qui ſe interpretem profitetur, pro verbis illis, *πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι*, nobis dare illa Virgiliana, *quæ te dementia cepit*, antea docui. Cur enim is qui ſe interpretem profitetur, eius verbis qui non interpretem ſed imitatorem duntaxat agit (in hoc quidem certè loco, ſicut in aliis pleriſque) vtatur? Sed & addidi rationem, quòd plus gratiæ huic loquendi generi Theocriteo quàm illi Virgiliano ſubeſſe videatur: & mitius loquatur qui dicit, *Quò tua mens auolauit*? quàm is à quo dicitur, *Quæ te dementia cepit*? Cæterùm quum illi venuſto loquendi generi nihil vellem adiicere, magis in interpretando laboraui. Quòd ſi *ſtulta* mihi permiſiſſem addere, facilis interpretatio fuiſſet: hoc modo, *O cyclops cyclops, quò mẽs tua ſtulta uolauit*? Sed nõ iam tam miti ſermone vteretur: & plus hîc diceret quàm dicit in iis quæ ſequuntur. Ibi enim non omnino fatetur ſe ſtultum, ſed tantùm ait, Multo magis ſapias fortaſſe, ſi hoc facias. Vel (magis ad verbum) Multo plus mentis habeas fortaſſe, ſi hoc facias. Ne participii quidem adiectione libuit vti: cuiuſmodi hæc fuerit, *-quò mens tua rapta uolauit*? vel *tibi*, pro *tua*. Maluiſſem, ſiquid addere voluiſſem, ita vertere, *-quò mens miſerande uolauit*? Sed magis etiam placuiſſet verbum *quæſo* adiicere: quod ſimpliciter interrogationi ſeruit, & aliquid ad ornatũ potius quàm ad ſenſum addit: hoc modo, *- quò mens tua (quęſo) uolauit*? Atque adeo magis etiam fortaſſe placeat cuipiam hæc interpretatio quàm ea qua vſus ſum modò, vbi totum locum verti, *tua quò mens illa uolauit*? Illa autem quam in principio harum Obſeruationum attuli, *-ecquò mens auolat, ecquò*? quoniã præteritum in præſens mutat, ideo hîc à me poſita non fuit. Ei hoc commodi ineſt alioqui, quòd compoſitũ

compoſito reddit. Vnum addo, potuiſſe me pro *uolauit* dicere *receſsit*, vel *refugit*: ſed neque tam fidelem interpretem futurum, neque venuſtatem mei Theocriti ſeruaturum (meo quidem iudicio) fuiſſe. Atque hæc à me dicta ſint iis qui quæ fidelis interpretis ſint partes, cupiunt intelligere.

Multo plus gratiæ ineſt (meo quidem iudicio) & iſti formæ ſermonis, Multo magis ſapias fortaſſe ſi hoc facias: vel, Multo plus mentis tibi ſit: quàm illi quo ſeipſum adhortatur Corydon, Quin potius hoc facis? Præſertim verò aduerbium τάχα, id eſt Fortaſſe, valde hîc mihi placet. Nec verò minus aptum habet locum ἴσως, (quod idem valet) paulo pòſt,

Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἴσως καὶ καλλίον' ἄλλαν.

Quod aduerbium iungi etiam queat cum ſequentibus, vt dicat, Inuenies aliam Galateam, & eam quidem pulchriorem fortaſſe. Tunc autem interpungendum eſſet ante ἴσως, intelligendo, Εὑρήσεις Γαλάτειαν ἄλλαν, καὶ καλλίονα ἴσως. Tunc autem poſsit ita reddi hic Græcus verſus Latino,

Inuenies Galateam aliam, forſit mage pulchram.

Vtēs autem aduerbio Forſit, ſequor eos qui & apud Virgilium & apud Horatium non Fors &, ſed Forſit legunt, ſe veterum quorundam exemplarium opę niti dicentes: non valde repugnaturus alioqui ei qui retinere malit Fors &.

Eſſe porro legendum in loco Virgilii quem nunc cum Theocriteo conferimus *Alexim*, non *Alexis*, (vt non dicat ſimpliciter Inuenies alium quē ames: ſed, Inuenies alium Alexim, ſi te hic faſtidit, ſicut Theocritus, Inuenies aliam Galateam) antea quoque admonui: addens hanc quoque lectionem in vetuſtis exempl. inueniri.

Penultimum porro verſum Theocriti ſunt qui ita verterint acſi non τὸν φεύγοντα ſed τὴν φεύγουσαν ſcriptum eſſet: quæ certè lectio magis conuenire cũ præcedentibus verbis τὰν παρεοῖσαν ἀμέλγε, videri poſſet: ſed nullo modo verſum hunc ingredi poteſt. Eſſe autem prouerbialem verſum docet & ſcholiaſtes: afferens hunc verſum Heſiodi, Νήπιος ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν, τ᾽ἀνέτοιμα διώκει. Intelligit autem (vt opinor) nos eadem de re hoc prouerbio commonefieri, de qua & Heſiodus verſu illo commonefecerit. Simile eſſe addit, Τὸν θέλοντα βοῦν ἔλαυνε. ac ſenſum eſſe, τὴν ἀγαπῶσαν φίλει. Sed quod idem ſcholiaſtes ſcribit, perinde eſſe acſi diceret cyclops, τί πρὸς ἀμηχανίαν τρέπῃ; videndum eſt quomodò intelligi debeat. Nam ſi hìc ἀμηχανίαν pro conſilii inopia accipiamus, non poterit idem eſſe horum verborum qui & illius verſus prouerbialis ſenſus. Videtur itaque ἀμηχανίαν appellare quod impoſſibilitatem vulgò, (ſed barbarè, vt opinor) vocamus, vt intelligamus, Cur te conuertis ad id quod fieri nullo modo poteſt? Id eſt, Cur cogitas de faciẽda re quæ fieri nequaquam poteſt? Id eſt, de pellicienda Galatea in tui amorem. Nullam autem originis prouerbii mentionem facit: quæ origo cognita oſtenderet cur τὸν φεύγοντα, non τὴν φεύγουσαν, dicatur. Ego ſuſpicor natum eſſe prouerbium ex eo quòd paſtor aliquis fugeret abducens vaccam aut capram quam alius mulgere vellet, quiſpiam verò aut quæpiam eum perſequeretur, quum tamen alia adeſſet quam illi mulgere liceret.

IN ECLOGAM III.

Virgilius in principio eclogæ III,

M. *Dic mihi Damœta, Cuium pecus? an Melibœi?*
D. *Non: uerùm AEgonis: nuper mihi tradidit AEgon.*

Theocritus in principio idyllii IIII,

B. Εἰπέ μοι ὦ Κορύδων, Τίνος αἱ βόες; ἦ ῥα Φιλώνδα;
K. Οὔκ· ἀλλ' Αἴγωνος. βόσκειν δέ μοι αὐτὰς ἔδωκεν.

Quos verſus ita reddidi,

B. Dic Corydon, Cuius vaccæ hæ ſunt? ánne Philondæ?
C. Non: verùm AEgonis: paſcendas tradidit AEgon.

Eobanus ita,

B. Dic precor, ô Corydon, Cuium pecus? ánne Philondæ?
C. Non: verùm AEgonis: paſcendum tradidit AEgon.

Virgilius videtur reliquiſſe ſubaudiendum illud vocabulum Paſcendum: & intelligendum eſſe, Nuper AEgon tradidit mihi paſcendum. Aliquis tamẽ obiicere poſſit, quum verſus illud admitteret, & quidem manente pari elegãtia, potius poſiturum fuiſſe quàm ſuppreſſurum, niſi ſua hæc à Theocriteis aliquid differre voluiſſet.

Virgilius,

Non ego te uidi Damonis peſſime caprum
Excipere inſidiis, multum latrante Lyciſca?

Theocritus idyll. v,

Οὐκ ἀπὸ τᾶς κραίνας σίττ' ἀμνίδες; οὐκ ἐσορῆτε
Τόν μευ τὰν σύριγγα πρῴαν κλέψαντα Κομάταν;

Id eſt,

Quin agnæ à fonte hoc fugitis citó? nónne videtis
Illum ſurrepta eſt cui fiſtula noſtra Comatam?

Eobanus ita,

Non à fonte meæ fugitis, quem nunc tenet, agnæ,
Furatus noſtram nuper ſyringa Comatas?

Miro quodam idiotiſmo, ſed paſtori valde conueni-
ente, dictum eſt illud, οὐκ ἀπὸ τᾶς κραίνας σίττα, (nam
σίττ' eſt pro σίττα, ob ſequens vocabulum ἀμνίδες)
quum dicendum eſſet οὐκ ἀπὸ τᾶς κραίνας ἀποχωρήσετε,
vel ἀποστήσεσθε, vel φεύξεσθε. Quum enim σίττα ſit vo-
cula indeclinabilis qua paſtores hortantur oues ſuas
aut capras ad abeundum aut ad accelerandum greſ-
ſum, hic tamen vim habet verbi, cui ſubiungeretur.
Quum enim dicendum eſſet (mutata forma oratio-
nis, quæ eſt per interrogationem) σίττα, φεύγετε ἀπὸ
τᾶς κραίνας, vel, ἀπὸ τᾶς κοτίνω. vel, σίττα, σίττα, φεύγε-
τε: in eodem tamen idyllio dicitur, Σίττ' ἀπὸ τᾶς κο-
τίνω ταὶ μηκάδες, abſque verbo φεύγετε, aut alio eiuſ-
modi: pro σίττα, φεύγετε ἀπὸ τᾶς κοτίνω: vel, φεύγετε
ἀπὸ τᾶς κοτίνω, σίττα. Sed minus facilè iniri ratio po-
teſt ſtructuræ huius orationis, quæ eſt per interroga-
tionem, Οὐκ ἀπὸ τᾶς κραίνας σίττ' ἀμνίδες; niſi dica-
mus eſſe σίττα pro futuro φεύξεσθε, vel altero illorum
duorum quæ ſuprà propoſui: aut certè perinde eſſe
acſi vni orationis formæ includeret vocabulum quod

alii formæ conueniret. perinde videlicet acſi huic interrogationi (quæ interrogationis forma vim imperandi habet apud Græcos) *οὐ φεύξεσθε ἀπὸ τῆς κρήνας;* ſubiungeret, *φεύγετε, σίττα*, vel *φεύγετε, σίττα, σίττα.* Addã autem & hoc de iſta voce, aliquando adhortantis ſimul & quodammodo blandientis eſſe videri : vt idyllio octauo, *Σίττα νέμεσθε, νέμεσθε, τὰ δ᾽ εὔθατα πλήσατε πᾶσαι.*

Quanuis autem qui Theocriti verſus collegerunt quos Virgilius expreſſiſſe aut adumbraſſe ſaltem videri poſſet, duos iſtos verſus Græcos hîc afferant, nõ video tamen cur hos potius quàm duos præcedẽtes, id eſt primum & ſecundũ illius idyllii afferre debuerint. quàm hos, inquam,

Αἶγες ἐμαὶ τῆνον τὸν ποιμένα τὸν Συβαρίταν
Φεύγετε τὸν Λάκωνα· τό μευ νάκος ἐχθὲς ἔκλεψεν.

Quos Eobanus ita vertit,

Ite procul, fugite hunc furem Lacona capellæ
Paſtorem Sybaritanum. nanque is mihi pellem
Suſtulit inſidiis heſterna luce caprinam.

Tutius etiam fuerit fortaſſe dicere Virgilium ad vtrumque pariter locum reſpexiſſe : quum vtrobique paſtor vnus alteri furtum obiiciat, ſicut apud illũ poetam Latinum. Is tamen qui poſt cæteros Virgilium Theocriti aliorúmque poetarum Græcorum collatione illuſtrauit, neutrum Theocriti locum affert.

Virgilius,

Cantando tu illum? aut unquam tibi fiſtula ceræ
Iuncta fuit? non tu in triuiis indocte ſolebas
Stridenti miſerum ſtipula diſperdere carmen?

Theocritus,

Ταὶ ποίαν σύριγγα; τύ γάρ ποτε δῶλε Συβαρτα
Ἐκτάσω σύριγγα; τί δ᾽ οὐκέτι σὺν Κορύδωνι
Ἀρκεῖ τοι καλάμας αὐλὸν ποππύσδεν ἔχοντι;

Quæ ita ſum interpretatus, [barta

Quæ nam hæc quam memoras eſt fiſtula? ſerue Sy
Vlla fuítne vnquam tibi fiſtula? ſat tibi nónne eſt
Quòd culmis (hi ſunt tua tibia) cũ Corydone
Edere non ceſſas poppyſmata?

Eobani autem interpretatio eſt hæc,

Quam ſyringa mihi memoras? dic ſerue Sybarta
An tibi qua caneres fuit vnquam fiſtula? verùm
Cur tibi quum calamo ſit fiſtula facta paluſtri,
Non ſatis eſt miſero Corydona laceſſere cantu?

Hi tres verſus Theocriti proximè ſequuntur illos duos à me allatos, quorum prioris eſt hoc initium, Οὐκ ἀπὸ τᾶς χραίας σὺ τὺ ἀμνίδες; Conſiderandum eſt autem qualia ſint quæ Virgilius vicem ſupplere voluit illius Theocritei verbi ποππύσδεν: à quo eſt in eodem idyllio etiam ποππυλιάσδει, quod & ipſum Latinitati accommodare conatus ſum (quanuis Gellius dicat verti à Virgilio neque debuiſſe neque potuiſſe) eo quo ibi videbis modo: vbi etiam de mea vtriuſque loci interpretatione diſſeram. Quinetiam αὐλὸν aliter à nonnullis hic exponi docebo in quendam Eclogæ quintæ locum: vbi afferam hunc Theocriti verſum,

Αὐλησταὶ δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς.

Virgilius,

D. *Vis ergo inter nos quid poſſit uterque, uiciſſim*
Experiamur? ego hanc uitulam (ne fortè recuſes,
Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus)

Depono: tu dic mecum quo pignore certes.

M. *De grege non auſim quicquam deponere tecum.*

Eſt mihi nanque domi pater, eſt iniuſta nouerca:

Biſque die numerant ambo pecus, alter & hædos.

Theocritus idyll. VIII,

M. Χρήσδεις δή ὦν ἐσιδεῖν; χρήσδεις καταθεῖναι ἄεθλον;

Δ. Χρήσδω τοῦτ' ἐσιδεῖν, χρήσδω καταθεῖναι ἄ-
εθλον.

M. Ἀλλὰ τί θησεύμεσθ' ὅ κεν ἁμὶν ἄρκιον εἴη;

Δ. Μόσχον ἐγὼ θησῶ· τὺ δὲ θές γ' ἰσομάτορα ἀ-
μνόν.

M. Οὐ θησῶ ποκα ἀμνόν· ἐπεὶ χαλεπός θ' ὁ πα-
τήρ μευ
χ' ἁ μάτηρ· τὰ δὲ μᾶλα ποθ' ἕσπερα πάντ' ἀ-
ριθμεῦντι.

Quos verſus ita feci Latinos,

M. An ſcire ergo libet? libet an deponere pi-
gnus?

D. Hoc mihi ſcire libet, libet & deponere pi-
gnus.

M. Quid quod ſufficiat, deponere poſſit vterq;?

D. Deponam vitulam: æqualem agnam pone
parenti.

M. Haud deponam agnum: quoniam pater eſt
mihi durus
Et mater: vergente die numerantur ab illis
Quotquot oues hic ſunt.

Sic Eobanus,

M. Vis igitur certamē obire & ponere pignus?

D. Et libet hoc certamen obire & ponere pi-
gnus.

M. Pignora digna ſatis quæ ponimus ergo ca-
nentes?

D. Hunc ego depono vitulum: tu mollibus agnum
Velleribus pulchræ ſimilem depone parenti.
M. De grege non auſim quicquam deponere tecum.
Nam mihi difficilis pater eſt & prouida mater:
Solis ad occaſum numero pecus omne receẽſent.

Ex Virgilio illud ἐσιδεῖν reddi elegãter poſſet, Experiri, aut etiã cũ illa adiectione, Experiri quid poſſit vterque. Alioqui notum eſt ſignificare propriè Videre: adeo vt potuerit & ita locus hic reddi, ad verbũ, Hócne videre placet? Et in reſponſione, Nempe videre placet. In interpretatione autẽ nominis ἄεθλον illum ſequutus ſum. Cæterùm quum eadem hic apud vtrumque poetã paſtores dicant, plus venuſtatis eorum colloquio ineſt apud Theocritum, propter hos amœbæos verſus, in quibus Daphnis, qui reſpondet, verba Menalcæ qui interrogauerat, ſequitur.

M. An ſcire ergo libet? libet an deponere pignus?
D. Hoc mihi ſcire libet, libet & deponere pignus.

At verò apud Virgilium Damœtas nõ expectat Menalcæ reſponſum ad ſuam interrogationem. Dicit enim Damœtas,

Vis ergo inter nos quid poſſit uterque, uiciſſim
Experiamur?

quibus ſubiungit,

-ego hanc uitulam (ne fortè rec. &c.

Poſſet autem illa ἀμοιβαιότητος (vt ita dicam) venuſtas ex Virgilii verbis ita concinnari, meo quidem iudicio,

D. *Víſne ergo inter nos, quid poſſit uterque, uiciſſim*

Experiamur, & an pignus ponamus uterque?

M. Nempe uolo, inter nos, quid poſſit uterque, uiciſſim

Experiamur, item pignus ponamus uterque.

Ideo autem ſimplici Ponere non minus quàm compoſito Deponere licere hîc vti exiſtimo, quòd Theocritus non ſolùm *καταθεῖναι* dicat, ſed etiam *θησῶ*, & *θησεῖς*, & *θησεύμεθα*.

In tertio verſu Theocriti illa verba, *ὅκκα ἁμῖν ἄρκιον εἴη*, aliis etiam modis potui interpretari, efficientibus tamen eundem ferè ſenſum.

Puto enim *ἄρκιον ἡμῖν* eſſe Pro noſtris ſat magnum opibus, vel, Satis magni pretii pro noſtris opibus, ſiue Conueniens opibus noſtris, aut Dignum opibus noſtris. Alioqui *ἄρκιον ἡμῖν* intelligendum eſſet Quo contenti eſſe poſsimus. Ac poteſt ea qua vſus ſum in meo verſu interpretatio ad vtrunque aut certè ad vtrunlibet referri.

Cum Virgilio *μόσχον* interpretari potuiſſem vitulam (nam videtur ſicut præcedentia, ita etiam vitulam ex iſto loco ſumpſiſſe: quanuis quod de ea dicit non itidem hinc acceperit, ſed ad eam tranſtulerit quod alibi Theocritus de capra dicit) præſertim quũ fœminini etiam generis eſſe nomen hoc conſtet. vt in iſto idyllii noni verſu, *Ἁδὺ μὲν ἁ μόσχος γαρύεται, ἁδὺ δὲ χ' ἁ βῶς.* Quòd ſi Bucculã etiam interpretari licuiſſet, magis mihi placuiſſet iſta interpretatio illius verſus,

Bucculã ego, tu agnum æqualem depone parenti.

Sed quanuis Virgilii vitula vocari etiam poſſit buccula, quum bis veniat ad mulctram, binos alat vbere fœtus: non tamen hîc illa vti appellatione potuiſſem, quòd Daphnin non veriſimile ſit contentum fuiſſe futurum agno æquante matrem pro buccula. Non

dubito autem quin ἀμνὸν itidem interpretari etiam agnam poſsimus.

Totum Virgilii verſum loco interpretationis adhibuit Eobanus his verbis, Οὐ θησῶ πόκα ἀμνόν: id eſt, Haud deponam agnum. Pro his enim paucis verbis ponit hunc verſum,

De grege non auſim quicquam deponere tecum.

Cur autem id facere non debuerit, antea declaraui. Sed multo minus venia dignum eſt quòd in iis quæ proximè ſequuntur, poſtquam dixit, Nam mihi difficilis pater eſt, ſubiungat, & prouida mater: quum certum ſit, ſubaudiendum eſſe apud Theocritum χαλεπὴ cum χ' ἁ μάτηρ, ex his quæ præcedunt, καὶ χαλεπός δ' ὁ πατήρ μευ. nam quum maſculinum χαλεπὸς conuenire illi ſequēti non poſſit, quanuis id mutemus in fœmininum ſuum χαλεπὴ, nihilo minus tamen eſſe repetitionē ἀπὸ τοῦ κοινοῦ dicere poſſumus. Exiſtimatur tamen Virgilius aptius nouercæ mentionem feciſſe. Quinetiam variauit rem nudam (inquit Iulius Scaliger) vt alter, & hœdos, quippe modicū gregem: vterque verò pecus, cuius iactura magno in numero quò deprehēdi poſſet, maiore indigeret cura atque obſeruatione.

Veniendum autem iam eſt ad Theocriti locum de capra, quem Virgilius (vt paulo antè dixi) ex alio idyllio ſumptum ad vitulam tranſtulit, quum dixit,

- ego hanc vitulam (ne fortè recuſes,
Bis venit ad mulctram, binos alit vbere fœtus)
Depono.

Ita igitur Theocritus idyllio α,

Αἶγά τέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως, ποταμέλξεται ἐς δύο πέλλας.

Quos verſus ita reddidi,

Thyrſi, gemelliparam tibi ter mulgere capellam

Concedam. in mulctras binas mulgebitur illa,
Hœdis fœta licet binis.

At Eobanus ita,

-hanc tibi dono
Capram, quæ duplici partu fœcunda quotannis:
Et licet emulſo binos alat vbere fœtus,
Bis tamen vberibus mulctram lactentibus implet.

Imò verò non dicit AEpolus ſe Thyrſidi donare ſuã capram: ſed tantùm ait ſe hoc dare illi, id eſt permittere, vt capram ter mulgeat. Dicit enim δωσῶ αἶγα ἀμέλξαι ἐς τρείς. Neque videtur neceſſe ſubaudire ὥστε ante hunc infinitiuum, cum ſcholiaſte: quum poſſit δωσῶ exponi ἐάσω, vel συγχωρήσω. Vt autem multo liberaliorem facit Eobanus AEpolum quàm eſſe velit, ita etiam capram quam ab eo Thyrſidi donari ait, multo præſtantiorem deſcribit quàm à Theocrito perhibeatur. dicit enim,

Capram quæ duplici partu fœcunda quotannis:

quum Theocritus intelligat διδυματόκον non quæ quotannis ſit διδυματόκος, ſed quã nunc cõtigerit eſſe διδυματέκον, id eſt δίδυμα τετοκέναι, ſeu διδύμους. Ceterùm vt dixit Virgilius,

Bis uenit ad mulctram, binos alit ubere fœtus,

ita poteram dicere,

-in mulctras binas mulgebitur illa,
Binis fœta hœdis.

maluì tamen addere particulã Licet: hoc modo, Hœdis fœta licet binis: quoniam quum non donetur hîc capella, vt apud Virgilium vitula, ſed lac eius duntaxat, quod ter mulgendo haberet ex ea poterit: non parui referebat, ita loqui, Quãuis binas habeat hœdos, poterit tamen quum mulgebitur, binas mulctras ſuo lacte implere. Q. d. Ne fortè putes non multum lactis tibi à me offerri, permittẽdo ſibi ter mulgere meam capram: quòd oporteat

illã binos fœtus vbere alere, & veriſimile ſit parũ lactis poſtea ei reliquum eſſe: affirmo tibi eam, poſtquã fœtus ſuos lactauit, binas tamen mulctras implere. Apud Virgilium autem quum donetur vacca, nõ autem concedatur duntaxat eam mulgere ter, non agitur de lacte quo abundat hoc ipſo tempore: ſed laudatur & ex perpetua abundantia lactis, & ex eo quòd gemelliparam etiam eſſe contigerit. Alioqui poſſent fortaſſis illa itidem verba, *-binos alit ubere fœtus*, reſolui in hæc, -licet binos alat vbere fœtus.

Cæterùm iucunda eſſe tibi poterit Theocriti non cum Virgilio, ſed cum Theocrito, collatio, quod ad hunc verſum attinet,

Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας.

Nam pulchrè huic loco conuenit cum iſto idyllii octaui, vbi paſtor dicit ouibus,

Σίττα νέμεσθε νέμεσθε, καὶ οὔθατα πλήσατε πᾶσαι,
Ὥς τὸ μὲν ἄρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπό-
θωμαι.

Id eſt (vt ſum interpretatus)

Sitta meæ pecudes ſic paſcite vt vbera lacte
Plena referre domum poſſitis, & illius agni
Partem habeant, & partem etiam in mulctrale reponam.

Virgilius,

Lenta quibus torno facili ſuperaddita vitis
Diffuſos hedera veſtit pallente corymbos.

Theocritus idyll. 1,

Τῶ περὶ μὲν χείλη μαρύεται ὑψόθι κισσός.

Id eſt (vt verti)

Eſt hedera illius circum labra plexa supernè.

Eobanus ita,

-tereres qui circūmfuderit oras

Extantem foliis hederam.

In iis etiam quæ ſequūtur de poculis, imitatur Theocritum: ſed duobus modis. nam quum dicit, *In medio duo ſigna*, item quum inducit alterum dicentem, *Orpheáque in medio poſuit, ſyluáſque ſequentes*, non imitatur quidem verba Theocriti, neque deſcriptionem eius: ſed tantùm eius exemplo cælaturæ mentionem facit. nam & apud Theocritum illo idyllio primo legimus,

Ἔντοσθεν δὲ, γυνὰ, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται,
Ἀσκητὰ πέπλῳ τε καὶ ἄμπυκι.

(nam quod afferunt quidam ex idyllio x x, *Ἐν τῷ δαίδαλα πολλὰ τετεύχατο μαρμαίροντα*, &c. minus conuenit, quum hæc *περὶ ταλάρου* dicãtur) ſed Virgilianæ hæ deſcriptiones quo breuiores ſunt Theocriteis, eo magis laudandæ videntur. Et hic quidem eſt vnus imitationis modus: alterum autem in eodem loco, atque adeo in eadem re habemus, vbi dicit,

Et molli circum eſt anſas amplexus acantho:

hîc enim verba imitatur, agens interpretem. quum dixerit Theocritus illo primo idyllio,

Παντᾷ δ' ἀμφὶ δέπας περιπέπταται ὑγρὸς ἄ-
κανθος.

Quem ego magis ad verbum ita interpretor,

Et totum circum eſt craterem expanſus acanthus.

Idem dicendum & de hoc verſu,

Necdum illis labra admoui, ſed condita ſeruo.

Hîc enim verba etiam eſt imitatus : ſi interpretationem poſſumus imitationē verborum appellare. Nam Theocritus ita,

Οὐδέ τι πω ποτὶ χεῖλος ἐμὸν θίγεν, ἀλλ' ἔτι κεῖται
Ἄχραντον.

(niſi potius ſcribendum eſt, Οὐδ᾽ ἔτι πώποτι,&c.)
Quæ ita verti magis ad verbum,

Idque meum nondum labrum attigit, id manet
vſque
Intactum.

At Eobanus ita,

Necdum illis labra admoui,nec pocula quanuis
Hæc mea ſint tetigi,ſed tantùm condita ſeruo,
Immaculata quidem.

Scribo autem Illis, quanuis non ſolùm in interpretatione excuſa cum Theocrito, ſed etiam in annotationibus ipſius Eobani in Bucolica legatur Illi. id enim non video quomodo locum habere poſſit, quum ſequatur pluralis numerus Pocula, vna eadémque de re: ac præceſſerit itidem,

-inter quæ mollis acanthus
Vndique complectens pulcherrima pocula.

Sed male certè, quum Theocritus de vnico loquatur poculo, cogit ſuam interpretationem de duobus loqui,vt Virgilium imitetur. Idque ob eam etiam cauſam ineptius eſt, quòd in principio Theocritum ſequutus eſſet in facienda mentione vnius tantùm poculi: antequam ad eius cælaturam veniatur. Ac niſi conſultò ſibi permiſiſſe credatur à numero ſingulari ad pluralem tranſire, vt poſſet quædam Virgiliana quæ ad illa pertinebant vſurpare, ſuſpicari quis poſſit tanti illius cælaturæ artificii admirationem feciſſe vt de vno tantùm ſe loquutum eſſe (ſequendo ſuum Theocritum) obliuiſceretur. Quid verò erat opus illa Virgiliana,*ſed condita ſeruo*, inſerere? præſertim inſerciendo etiam *tantùm* poſt *Sed*. Quidam verò ablatiuum *arca* adiecit participio quo vſus erat Virgilius. ita enim hunc locum eſt interpretatus,

Necdum illi labra admoui, ſed conditus arca
Intactúſque manet.

Atque ita in hac interpretatione non ſolùm additur ad ea quæ Theocritus, ſed etiam ad ea quæ Virgilius eum imitando potius quàm interpretando dixerat.

Virgilius,

Et me Phœbus amat: Phœbo ſua ſemper apud me
Munera ſunt lauri & ſuaue rubens hyacinthus.

Theocritus idyll. v,

Καὶ γὰρ ἔμ' ἀπόλλων φιλέει μέγα· καὶ καλὸν αὐτῷ
Κριὸν ἐγὼ βόσκω. τὰ δὲ κάρνεα καὶ δὴ ἐφέρπει.

Quæ ita verti,

Valde amor à Phœbo: bellus cui paſcitur à me
Nunc aries, quoniã iam Carnea feſta propinquant.

Eobanus hunc in modum,

Et me Phœbus amat multum, cui nunc mihi pinguis
Paſcitur hic aries, dum Carnea ſacra propinquãt.

Virgilius,

Malo me Galatea petit, laſciua puella,
Et fugit ad ſalices, & ſe cupit antè uideri.

Theocritus idyll. v,

Βάλλει καὶ μήλοισι τὸν αἰπόλον ἁ Κλεαρίστα
Τὰς αἶγας παρελῶντα, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει.

Id eſt,

Paſtorem Cleariſta, ſuas dum agit ille capellas,
Et malis petit, & blando poppyſmate ludit.

Eobanus

Eobanus ſic,

Malis me Clearista petit, dum fortè capellas
Propello,& dulces ſuaui canit ore ſuſurros.

Hìc veniam precari neceſſe habeo fortaſſe, quoniam auſus ſum vertere quod Gellius non ſolùm non debuiſſe, ſed etiam non potuiſſe verti ait: eámque antea petere itidem oportuit (vt opinor) quum etiam *ποππύσδειν*, à quo eſt hoc, ſũ auſus interpretari: ſi tamẽ eſt interpretari quũ quis ſi non ipſomet Græcorũ verbo, at certè verbali quod ab eo deductum eſt vtitur. Non-video tamen cur audaciæ accuſari mea hæc interpretatio debeat, quum Poppyſma quidam ex veteribus dixerint, (Plinius verò Poppyſmum etiã) nec minus licere videatur, dare illi nomini ſignificationem quæ huic loco conueniat, quàm licuit veteribus eam illi tribuere quæ alii rei de qua agebant conueniret. Hoc porro quum dico, ad quendam etiã locum præcedẽtem reſpicio: in quo *ποππύσδειν* verti Edere poppyſmata. Atque vt verum fateor, Poppyſma non à *ποππυλιάζω* eſt (pro quo Doricè *ποππυλιάσδω*) ſed à *ποππύζω*, pro quo Doricè *ποππύσδω* dicitur. nã à *ποππυλιάζω* dicendũ eſſet Poppyliaſma. Verùm quum verbum hoc ex illo factum ſit, & eandem ſignificationis vim retineat, non dubiũ eſt quin illius verbale pro verbali huius poni à me potuerit. Lectoris autem fuerit videre an magis placebit illum verſum ita interpretari,

Et malis petit, alludens poppyſmate dulci.

Cæterùm quanuis auſus ſim interpretari verbum cuius interpretationẽ Virgilius refugerat (quum alioqui ab aliis nonnullis quæ per onomatopœiam facta ſunt, ne ipſe quidem abhorreat) quod antea minimè negaui, hic quoque non nego, aſſentiri me Gellio, dicenti iucundius lepidiúſque eſſe quod ille ſubſtituit

pro eo quod omiſerat: id eſt pro illis verbis, καὶ ἁδύ τι ποππυλιάσδει: quinetiam Iulio Scaligero aſſentiri, argutius & ſuauius hic loquutum eſſe Virgiliū: quòd expreſſerit laſciuiam, quum dicit eam ſuum amatorē petere malis: virginis ingenium, quum ait eam fugere: muliebre, quum vult reſciri factum.

Virgilius,

At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas,
Notior vt non ſit canibus iam Delia noſtris.

Theocritus idyll. v,

Κἠμὲ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὑπαντῶν
Ἐκμαίνει.

Quos verſus ita reddidi,

Et me paſtorem Cratidas imberbis ad omnes
Occurſus facit inſanum.

Eobanus ita,

Et me læuis amat Cratides: facit ille furentem
Obuius.

Videtur ὑπαντᾶν Virgilius hic intellexiſſe Offerre ſeſe vltro: id eſt, Vltro in alicuius conſpectum venire: ſiue, Vltro præbere ſe conſpiciendum.

Virgilius,

Parta meæ Veneri ſunt munera. nanque notaui
Ipſe locum, aeriç quò congeſſere palumbes.

Theocritus idyll. v,

Κἠγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
Ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών. τηνεὶ γὰρ ἐφίσδει.

Id eſt, vt ſum interpretatus,

Iamiā à me accipiet munus mea virgo, palumbē,

Demptam è iunipero. nanque arbore ſidit in illa.

Eobanus ſic,

Ipſe meæ dominæ mittam ſua dona, palumbum,
Ex hac iunipero capiens. nanque inſidet illi.

Dixi, Demptã è iunipero, ſicut Ouidius, *-demptúſque cacumine nidus*. Alioqui & Sumptam è iunipero, dici queat. quanuis dicendum potius eſſet Detractam, magis expreſſè interpretando. Sicut autem καθελὼν hîc dicit Theocritus, ſic καθεῖλον & καθελεῖν de malis ſumptis ex arbore, in eo quem huic ſubiungam loco, quanuis ex alio ſit idyllio. Cæterùm multo venuſtior eſt ille datiuus Virgilianus *Veneri*, quàm Theocriteus iſte τᾷ παρθένῳ.

Virgilius,

Quod potui, puero ſylueſtri ex arbore lecta
Aurea mala decem miſi: cras altera mittam.

Theocritus idyll. III,

Ἠνὶ δέ τοι δέκα μᾶλα φέρω. τηνῶθε καθεῖλον
Ὧ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τυ· καὶ αὔριον ἄλλα τοι οἰσῶ.

Id eſt, vt ſum interpretatus,

En tibi mala decem porto, carpta vnde iubebas
Carpere. portabo cras altera mala reuerſus.

Eobanus prolixius,

En verò, hæc tibi mala decem, tua munera, porto,
Arboribus decerpta illis quibus ipſa iubebas:
Altera cras dabimus.

Miror Virgilium non imitatum eſſe Theocritũ hac in parte, -τηνῶθε καθεῖλον Ὧ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τυ: quum his verbis magna quædam ἀφέλεια exprimatur eius qui quàm ſit ſuæ amicæ obſequioſus vult oſtendere. Cæterùm legitur etiam *Quot potui*, quæ lectio minimè reiicienda videtur. Eſt autem ita lo-

cum hunc imitatus Nemeſianus,

Præterea tenerum leporem, geminóſque palumbos,
Nuper, quę potui, ſyluarum præmia miſi:

ſed tanquam legens *quod* apud Virgilium, non *quot.*

Virgilius,

O quoties & quæ nobis Galatea loquuta eſt:
Partem aliquam venti diuum referatis ad aures.

Theocritus idyll. VII,

-Λυκίδα φίλε, πολλὰ μὲν ἄλλα
Νύμφαι κἠμὲ δίδαξαν, ἀν' ὤρεα βωκολέοντα
Ἐσθλὰ, τά που καὶ Ζηνὸς ἐπὶ θρόνον ἄγαγε φάμα.

Quæ ita reddidi,

-mi Lycida, ex ipſis ego multa Camœnis
Præterea didici, dum montes incolo paſtor,
Præclara, ad ſolium fama perlata Tonantis.

Eobanus ita,

-Lycida bone, me quoque Muſæ
Multa quidem docuere, alti iam cognita fama
Ante thronum Iouis.

Obſeruandum eſt Virgilium ventis malle tribuere quod Theocritus famæ tribuerit: quinetiam, quum potuiſſet in eo ſaltem imitari Virgilium quòd tempore præterito itidem vſus eſſet, ſi dixiſſet,

Partem aliquam venti diuûm retuliſtis ad aures,

maluit præteritum in futurum mutare.

Virgilius,

Triſte lupus ſtabulis, maturis frugibus imbres,
Arboribus venti: nobis Amaryllidis ira.

Theocritus idyll. VIII,

Δένδρεσι μὲν χειμὼν φοβερὸν κακόν, ὕδασι δ' αὐχ-
Ὄρνισιν δ' ὕσπλαγξ, ἀγροτέροις δὲ λίνα· (μός,
Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος·

Id eſt, vt ego verti,

Bruma, malu arboribus metuendū, fontibus ardor,
Alitibus pedicæ, retia torta feris:
At iuueni teneræ metuenda cupido puellæ.

Eobanus hunc in modum,

Arboribus mala peſtis hyems, ſitis arida terræ,
Squalor aquæ, ceruis retia, fiſcus aui:
Pœna viro muliebris amor.

In qua interpretatione verba illa *ὕδασι δ' αὐχμός* in duas ſententias (vt ita dicam) ſcinduntur. Sed alibi, nimirum in annotationibus in Virgilii Bucolica, volens (vt opinor) hoc vitare, ita vertit,

Arboribus mala peſtis hyems, incommoda terræ
Ariditas, ceruis retia, fiſcus aui:

Ita enim & ibi ſcriptum eſt, Fiſcus aui, non Viſcus: quanuis apud Virgilium legamus, *Fallere viſco*. Cæterùm quum dicat Theocritus in redditione, *Ἀνδρὶ δὲ παρθενικᾶς ἁπαλᾶς πόθος*, Virgilius tamen non dixit itidem Amaryllidis amorem, ſed Amaryllidis iras, eſſe rem triſtem: quod ſtatim quilibet faſſurus erat. at rem eam quam dicit Theocritus eſſe *φοβερὸν κακὸν* (id eſt malum formidabile) non ſemper talem eſſe, obiicere aliquis poterat.

Virgilius,

Qui te Pollio amat, veniat quò te quoque gaudet:
Mella fluant illi, ferat & rubus aſper amomum.

Theocritus idyll. v,

Ἱμέρα ἀνθ' ὕδατος ῥείτω γάλα· καὶ τὺ δὲ Κρᾶθι
Οἴνῳ πορφύροις, τὰ δέ τοι σία καρπὸν ἐνείκαι.

Quos verſus ita reddo,

Himeræ aquæ poſthac vice lac fluat: & tibi Crathi
Vino vndæ rubeāt, nobis ſia dent quoque frūctum.

Eobanus ſic,

Himera lacte fluat, non vnda: tu quoque Crathi
Vino omnis rubeas, fructum ſia mollia portent.

Verùm & alibi legimus, nimirum idyllio 1,

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι.

Id eſt,

Nunc violas nunc ferte ergo ſpinæ que rubíque.

Vel vt vertit Eobanus,

Nunc violis frondete rubi, floreſcite ſpinæ.

Virgilius non ſolùm diuerſos Theocriti locos imitatus eſt, ſed quæ ibi dicuntur, aliter etiam ad id accōmodauit de quo agebatur. At in Pharmaceutria, hæc,

-aurea duræ
Mala ferant quercus, narciſſo floreat alnus,

ea forma dicuntur qua illa Theocriti,

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι.

Virgilius,

Tityre paſcentes à flumine reice capellas:
Ipſe, vbi tempus erit, omnes in fonte lauabo.

Theocritus idyll. v,

Αἶγες ἐμαὶ θαρσεῖτε κεροῦχίδες· αὔριον ὔμμε
Πάσας ἐγὼ λουσῶ Συβαρίτιδος ἔνδοθι κράνας.

Id eſt,

Cornigeræ ſpe eſtote bona, mea cura, capellæ:

515

Cras ego vos omnes Sybarita in fonte lauabo.

Eobanus ita,

Cornigeræ nunc ergo meæ ſperate capellæ,
Cras ego vos omnes Sybaritidos amne lauabo
Rupis.

Vel potius, -Sybaritidis amne lauabo Fontis, vt ſcriptum eſt in eius Annotationibus in Bucolica. eſt tamen dura hæc periphraſis, meo iudicio, ac minimè vſitata, quod quidem ſciam, In amne fontis pro In fonte. Cæterùm quod præcedit apud Virgilium, *Parcite oues nimium procedere: non bene ripæ Creditur,* conuenit cum eo quod hîc dicitur, *Tityre paſcentes à flumine reice capellas.* Apud Theocritum autem iubentur quidem capellæ ab oleaſtro quodam abſcedere, ſed non additur, illum oleaſtrum eſſe vicinum flumini. fuiſſe tamen in depreſſo loco, colligi poſſe videtur ex his quæ proximè ſequuntur. poſtquam enim dixit,

Σίτ' ἀπὸ τᾶς κοτίνω ταὶ μηκάδες, ſubiungit,
-ὧδε νέμεσθε,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, αἵ τε μυρῖκαι.

Nam hæc, ὧδε νέμεσθε, pertinent ad ſequentia, non ad præcedentia: & ὡς non ſignificat Nam, ſed ἔνθα, vbi (ſicut paulo pòſt, vbi dicitur ὡς ὁ Φάλαρος) ideóque planè contrarium huic loco dedit ſenſum is qui ita vertit,

Hîc oleaſtrinos, agite, hîc dèpaſcite ramos.
Ille etenim tumulꝰ præceps, vbi multa myrica eſt.

Ne autem ὡς poſſit ita accipi, obſtat etiam articulus τό. Extat porro idem verſus & idyllio primo,

-λῆς αἰπόλε, τῇδε καθίξας,
Ὡς τὸ κάταντες τοῦτο γεώλοφον, αἵ τε μυρῖκαι
Συρίσδεν. ſed ibi ᾇ τε legitur, non αἵ τε.

Virgilius,

His certè neque amor cauſa eſt, vix oßibus hærent.

Theocritus idyllio IIII,

Τήνας μὰν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τὠστέα.

Id eſt,

Sola iſti vaccæ tandem ſunt óſſa relictæ.

Vel, vt vertit Eobanus,

Illius ipſa quidem ſuperant vix oſſa iuuencæ.

Lepida autem eſt quæ adiicitur de hac tanta macie interrogatio, id eſt, de ratione huius maciei,

-μὴ προῖκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ;

Id eſt,

Róſne illi cibus eſt, cibus vt ſolet eſſe cicadis?

Eobanus auté ex illo Græco verſu duos hoſce Latinos fecit,

Nunquid vt æſtiuæ rorem ſub ſole cicadæ
Aerium gelidas depaſcitur illa per herbas?

vt porro Theocritus hîc dicit, αὐτὰ λέλειπται τὠστέα, ſic alibi, idyllio videlicet ſecundo, dicit de ſe miſer amator, - αὐτὰ δ' λοιπὰ Ὀστέ' ἔτ' ἦς: ſed addit καὶ δέρμα. Cui dicto planè ſimile eſt illud Plautinum, *Oſſa & pellis totus.*

Virgilius,

Dic, quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcuntur flores.

Theocritus idyll. X,

Καὶ τὸ ἴον μέλαν ἐστί, καὶ ἁ γραπτὰ ὑάκινθος.

Id eſt,

Et viola eſt nigra, & ſua ſcripta gerens hyacinthus.

Vel (ſi neceſſe non ſit verſum verſu reddere)

Ipſa etiam viola eſt nigra, & nigra eſt hyacinthus,
Litterulas inſcripta ſuas.

At verò Eobanus, repugnans ei quod hîc de colore hyacinthi, ſicut & violæ, ſcribitur, dicit Rubros hyacinthos. Ita enim locum hunc vertit,

Sunt etiam violæ florum pars maxima nigræ,
Decolor & rubros hyacinthos littera ſignat.

Non animaduertit certè, cum ὑάκινθος ſubaudiēdum eſſe, μέλαινα ἐστί: ídque ἀπὸ τοῦ κοινοῦ, quanuis μέλαν mutare oporteat in μέλαινα.

Obſeruare autem operæpretium eſt quàm eleganter Virgilius epithetum γραπτὰ ſimul interpretatus ſit & expoſuerit.

IN ECLOGAM V, quæ inſcribitur DAPHNIS.

[Nam in Ecloga quarta imitatio Theocriti nulla eſt, quod ſciam: quum argumentum habeat cum idylliis bucolicis Theocriti minimè commune, ſicut nec cum cæteris ſui Virgilii. Fortaſſis autem ideo factam myricarum mentionem, potius quàm alîus herbæ, hoc potiſſimum loco (nam & in aliquot aliis earum meminit) credibile fuerit, quòd & Theocritus earum mentionem non ſemel fecerit. Perinde acſi diceret, Illæ humiles myricæ Theocriti, quarum & à me alibi ſit mentio.]

Virgilius,

Incipe: paſcentes ſeruabit Tityrus hœdos.

Theocritus idyll. I,

-τὰς δ' αἶγας ἐγὼν ἐν τῷδε νομευσῶ.

Id eſt,

-interea paſcam ipſe capellas.

Eobanus,

Interea paſcam has ego te cantante capellas.

Obſeruanda hîc eſt interpretatio Virgiliana verbi νομεύειν, non Paſcere, (quo tamen alibi ſic vtitur) ſed Seruare paſcentes. Sed & Seruare, ſine illius participii adiectione, idem ſignificaſſet. nam ita vſi ſunt cùm alii, tum Naſo.

Virgilius,

Immò hęc in viridi nuper quæ cortice fagi
Carmina deſcripſi, & modulans alterna notaui,
Experiar.

Theocritus idyll. VII,

-κἠγὼ μὰν, ὄρη φίλος εἴ τοι ἀρέσκει
Τοῦθ' ὅ, τι πρὰν ἐν ὄρει τὸ μελύδριον ἐξεπόνασα.

Quæ verti,

Hoc breue amice vide placiturũ an ſit tibi carmẽ,
In monte eſt quod compoſitum nuper mihi.

Eobanus ita,

-cognoſce igitur ſi fortè placebunt
Carmina quæ patrio iamdudum in monte coegi.

Si non imitationem loci Theocritei, adumbrationem ſaltem eſſe dicendum eſt.

Virgilius,

-Nulla neque amnem
Libauit quadrupes, nec graminis attigit herbam.

Theocritus idyll. IIII,

Ἦ μὰν δειλαῖαί γε, καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι.

Id eſt,

Sunt certè miſeræ, graménque attingere nolunt.

Eobanus,

Nempe ſatis miſeras: deſiderio illius ægræ
Gramina non carpunt, nec pabula nota requirunt.

Quum Battus miſeras eſſe dixiſſet iuuencas, ſeu vitulas, vtpote malum paſtorem nactas, Corydon fatetur miſeras eſſe, non eandem tamen earum miſeriæ cauſam videtur velle agnoſcere: quin potius innuere, eas deſiderio prioris paſtoris gramine etiam abſtinere. Innuere (inquam) dũtaxat: non enim id verbis Græcis cõtinetur quod habet Eobani interpretatio, Deſiderio illius ægræ. Totus autem locus eſt hic,

K. Ταὶ δαμάλαι δ' αὐτῷ μυκώμεναι ὧδε ποθεῦντι.
B. Δειλαῖαί γ' αὐταὶ, τὸν βουκόλον ὡς κακὸν εὗρον.
K. Ἦ μὰν δειλαῖαί γε, καὶ οὐκέτι λῶντι νέμεσθαι.
B. Τήνας μὲν δή τοι τᾶς πόρτιος αὐτὰ λέλειπται
Τὠστέα. μὴ δρόσον σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ;

Quæ ita verti,

C. At mugitu illum vitulæ nunc (ecce) requirũt.
B. Sunt miſeræ: proh quàm paſtor malus obtigit illis.
C. Sunt certè miſeræ, graménque attingere nolunt.
B. Sola iſti vaccæ tandem ſunt oſſa relicta.
Róſne illi cibus eſt, cibus vt ſolet eſſe cicadis?

Eobanus ita,

c. Nunc tamen hæ illum procul hinc abiiſſe iuuencæ
Teſtantur mugitibus, abſentémque requirũt.

B. O miſeras, quæ ſiſſe malũ potuere magiſtrũ.

C. Nempe ſatis miſeras: deſiderio illius ægræ,
Gramina non carpunt, nec pabula nota requirunt.

B. Illius ipſa quidem ſuperãt vix oſſa iuuencæ.
Nunquid vt æſtiuæ rorem ſub ſole cicadæ
Aerium gelidas depaſcitur illa per herbas?

Virgilius,

Daphni, tuum Pœnos etiam ingemuiſſe leones
Interitum montéſque feri ſyluęque loquuntur.

Theocritus idyll. 1,

Τῆνον μὰν θῶες, τῆνον λύκοι ὠρύσαντο,
Τῆνον χὠκ δρυμοῖο λέων ἀνέκλαυσε θανόντα.

Quæ ita verti,

Ingemuere illum pariter thoéſque lupique:
Ipſi etiam in luſtris illum fleuere leones.

Eobanus ita,

Illum omnes fleuere feræ, fleuere lupique,
Pantheræ, thoéſque: nec illius impia flentes
Funera ſylueſtres ignorauere leones.

Vocabulum Thoes in Latino ſermone poſt Plinium retinet etiam Iulius Scaliger: qui meritò reprehendere videtur Theocritum quòd quem dixerit lugeri à thoibus & lupis, & à leonibus, qui paſtorum ſunt hoſtes, poſtea dicat à domeſtico pecore lugeri. Decreſcit hîc oratio (inquit) nam quem thoes lugeant & lupi, & leones paſtorum hoſtes, quid apponit mi-

rum oratio, quæ addit domeſtici pecoris mœrorem? Hæc ille.

Ad vocabulum autem Thoes quod attinet, obſeruaui à Theocrito alibi quoque eorum & luporum mentionem vnà fieri. Atque vt ab eodem idyllio non diſcedamus, legitur in iis quæ ibi ſequuntur,

Ὦ λύκοι, ὦ θῶες, ὦ ἀνὰ ὤρεα φωλάδες ἄρκτοι:

Meritò autem, quum thoes ſint luporum genus (vt teſtatur etiam Plinius) eorum vnà cum lupis mētionem facit. Quidam ex Gaza thoem lupum ceruariū interpretantur: aiunt tamen alii eſſe feram ex hyæna & lupo genitam: nonnulli, eam ipſam eſſe quæ & λυκοπάνθηρος appelletur. Eobanus quoque vocē thoes retinet: ſed non probo quòd præponit, Omnes feræ, quum tria tantùm genera à Theocriteo paſtore enumerentur: cui enumerationi vnum duntaxat genus adiicit, pantheras.

In poſteriore verſu Theocriti alia etiam eſt lectio αἲ ἔκλαυσε: quæ Theocritum reddit tutum à quorūdam reprehenſione, qui (vt tradit ſcholiaſtes) eum leonum mentionem hîc non debuiſſe facere aiebant, quum in Sicilia non inueniantur. Hanc autē ſequendo lectionem, ita locum hunc interpretarer,

Ingemuere illum pariter thoëſque lupíque:
Illum etiam in luſtris fleuiſſent, credo, leones.

Vel ita, verſum poſteriorem,

Illum fleturos credóque fuiſſe leones.

Virgilius,

Vitis vt arboribus decori eſt, vt vitibus vuæ,
Vt gregibus tauri, ſegetes vt pinguibus aruis,
Tu decus omne tuis.

Theocritus idyll. VIII,

Τᾷ δρυῒ ταὶ βάλανοι κόσμος, τᾷ μαλίδι μᾶλα.
Τᾷ βοῒ δ' ἁ μόσχος, τῷ βωκόλῳ αἱ βόες αὐταί.

Id eſt,

Quercũ ornant glandes, pomũ decorant ſua poma;
Sunt decori vaccis vituli, paſtoribus ipſæ.

Eobanus ita,

Ilicibus glandes, pomo ſunt poma decori:
Vaccarum vituli, paſtorum gloria vaccæ.

Apud Theocritum non eſt vlla ἀπόδοσις: apud Virgilium autem hæc, *Tu decus omne tuis*, ἀποδίδοται. Duobus verſibus proximè præcedentibus: poſt quos ſuſpenſam manere ſententiam oſtendit etiam particula *vt*, quæ aliquam ἀπόδοσιν velut expectat. Alioqui poſteriorē Theocriti verſum imitatur prior Virgilii: imitatur, inquam, quod ad formam gradationis attinet (ſi gradationē appellare hoc decet) nam vt vitulam vaccæ decori eſſe, vaccam autem viciſſim eſſe decori ſuo bubulco ait Theocriteus paſtor: ita Virgilianus dicit vitem arboribus decori eſſe, ipſique viciſſim viti vuas. Cæterùm in illius poſterioris verſus interpretatione ideo Vitulæ non ſcripſi, ſed Vituli (quum alibi ne talia quidem ſoleam mihi permittere) quòd ambiguum futurum eſſet, Ipſæ ad vitulas an ad vaccas referretur.

In iis quæ ſequuntur,

Pro molli viola, pro purpureo narciſſo,
Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis,

ſunt qui Virgilium dicant imitari hæc Theocriti,

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Ἁ δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι.

ſed longè illos falli oſtendam in iis quæ annotabo in quendã Pharmaceutriæ locũ. At verò cũ iſto verſu,

Ὡς τῆνος τέθνακε, καὶ ἄνθεα πάντ' ἠμαρύχθη,

non nego poſſe cōferri illa Virgiliana. Eũ ita verto,

Ille ex quo periit, marcent omnes quoque flores.

Aliqua eſt enim loco vni cum altero conuenientia: quum flores marcidos eſſe factos, perinde ſit acſi non extarent, & locum eorum carduus & ſpinoſus paliurus occupaſſent. Verùm Theocriti non eſt verſus, ſed Bionis. Theocrito tamen adſcribitur ab iis qui ſequuntur editiones quæ meam præceſſerunt, in qua Theocritus grandibus literis excuſus eſt vnà cum aliis poetis heroici carminis principibus. illæ enim Theocrito Epitaphium Adonidis adſcribebant, quũ ſit Bionis. Præterea in mea illa editione verba hæc verſus proximè præcedentis, πάντα σὺν αὐτῷ, iunguntur cum eo verſu: quum in iis quæ meam anteceſſerunt, pertineant ad ea quæ præcedunt.

Virgilius,

Daphnis ego in ſylnis hinc vſque ad ſidera notus,
Formoſi pecoris cuſtos, formoſior ipſe.

Theocritus idyll. 1.

Δάφνις ἐγὼν ὅδε τῆνος, ὁ τὰς βόας ὧδε νομεύων·
Δάφνις ὁ τὼς ταύρως καὶ πόρτιας ὧδε ποτίσδων.

Quæ verti,

Daphnis ego, hiſce boues ſolit⁹ qui paſcere cāpis,
Qui hic tauros Daphnis, qui vaccas Daphnis aquabam.

Eobanus ſic,

Ille ego ſum Daphnis, propriis qui paſcua bobus
Hæc teneo, atque idem lōgo iam tēpore Daphnis
Hos tauros atque has vitulas ad flumina duco.

Hunc tamen Theocriti locum Virgilius eſſe imitatus dici non poteſt, ac ne adũbraſſe quidē: ſed eatenus ad eũ reſpexiſſe, vt pro iis quæ Theocriti⁹ Daphnis dicit, ſuũ Daphnin iſta dicentē induceret: quæ certè maiorē

gratiam habẽt. eámque eo augeri exiſtimo, quòd pro epitaphio ponantur. præcedit enim,

Et tumulum facite, & tumulo ſuper addite carmen.

Cæterùm obſeruare oportet, duas res quæ hîc copulantur, tanquam æquè pertinentes ad boni paſtoris officium, eodem modo & ab aliis poetis copulari: (quanuis mentio vnius earum ſufficere videri poſſit: quòd ex priori poſteriorẽ intelligere queamus.) Virgilius enim in hac ipſa ecloga dixit,

Non vlli paſtos illis egere diebus
Frigida, Daphni, boues ad flumina.

Itidémque in nona,

Tityre, dum redeo (breuis eſt uia) paſce capellas,
Et potum paſtas age Tityre:

ſicut Theocritus dixerat idyllio tertio,

Τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε βόσκε τὰς αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κράναν ἄγε Τίτυρε.

Quinetiam apud Tibullum legimus, lib. 2, el. 3,

Ipſe deus ſolitus ſtabulis expellere uaccas,
Et potum paſtas ducere fluminibus.

Non ignoro tamen, hunc poſteriorem verſum à quibuſdam pro Tibulliano non agnoſci: ſed fatentibus interim veriſimile eſſe, Tibullum idem ſuo pentametro, qui deſideratur, dixiſſe. Cæterùm Aquare non puto minus dici poſſe quàm Adaquare: ideóque non dubitaui dicere, Qui aquabam, pro ποτίσδων.

Virgilius,

Nec lupus inſidias pecori nec retia ceruis
Vlla dolum meditantur.

Theocr.

Theocritus idyllio xxiiii, in mea editione: at in præcedentibus, idyll. xxxi. (eſt autem id quod inſcribitur Ἡρακλίσκος)

Ἔσται δὴ τοῦτ' ἆμαρ ὁπηνίκα νεβρὸν ἐν εὐνᾷ
Καρχαρόδων σίνεσθαι ἰδὼν λύκος οὐκ ἐθελήσει.

Quæ ſic reddidi,

Illa erit illa dies conſpectum quum lupus acer
Hinnuleum ſinet illæſum recubare cubili.

Eobanus ita,

Illa dies aderit quando lupus acer in altis
Conſpiciens ceruam recubare cubilibus olim,
Non volet appetere, aut atroci lædere morſu.

Deſcribitur quidem ab vtroque poeta idem miraculum naturæ lupi: ſed diuerſa eſt huius deſcriptionis apud eos accommodatio.

Virgilius,

Pocula bina nouo ſpumantia lacte quotannis,
Craterâſque duos ſtatuam tibi pinguis oliui.

Theocr. idyll. v,

Στασῶ δὲ κρητῆρα μέγαν λευκοῖο γάλακτος
Ταῖς νύμφαις, στασῶ δὲ καὶ ἁδέος ἄλλον ἐλαίω.

Quæ ita ſum interpretatus,

Ingentem nymphis craterem ego lacte refertum,
Craterem plenum ſtatuam quoque pinguis, oliui.

Eobanus ſic,

Ipſe nouem ſtatuam magnum cratera camœnis
Lacte redundantem niueo, iuxtáque reponam
Mox alium prædulci olei liquamine plenum.

In poſteriore verſu formam loquendi Græcam retinet Virgilius. dicit enim Crateras duos oliui, id eſt oliuo plenos: ſicut Theocritus, κρητῆρα γάλακτος, &

& κρητῆρα ἐλαίου. id eſt, *μεστὸν γάλακτος*, & *μεστὸν ἐλαίου*. neque enim dubito quin ita oporteat intelligere. Sed & vernaculo ſermone ita loquimur vulgò, quum dicimus, *Vn uerre de uin, Vne taſſe de uin.* Vt porro hæc à paſtore cui nomen Laconi, dicuntur apud Theocritum, ita viciſſim ab aduerſario Comata iſta,

Στασῶ δ' ὀκτὼ μὲν γαυλὼς τῷ Πανὶ γάλακτος,
ὀκτὼ δὲ σκαφίδας, μέλιτος πλέα κηρί' ἐχοίσας.

Virgilius,

Et multo in primis hilarans conuiuia Baccho,
Ante focum, ſi frigus erit, ſi meſſis, in vmbra,
Vina nouum fundam calathis Aruiſia nectar.
Cantabunt mihi Damœtas & Lyctius Ægon:
Saltantes ſatyros imitabitur Alpheſibœus.

Theocritus idyll. VII.

Τὸν Πτελεατικὸν οἶνον ἀπὸ κρητῆρος ἀφυξῶ,
Πὰρ πυρὶ κεκλιμένος· κύαμον δέ τις ἐν πυρὶ φρυξεῖ.
Χ' ἁ στιβὰς ἐσσεῖται πεπυκασμένα ἐς ἐπὶ πᾶχυν
Κνύζα τ' ἀσφοδέλῳ τε, πολυγνάμπτῳ τε σελίνῳ.
Καὶ πίομαι μαλακῶς μεμναμένος Ἀγεάνακτος,
Αὐταῖσιν κυλίκεσσι καὶ ἐς τρύγα χεῖλος ἐρείδων.
Αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες, εἷς μὲν Ἀχαρνεύς,
Εἷς δὲ, Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ.

Quæ ita verti,

Ante focum ipſe iacens fundam Pteleatica vina
E cratere: fabámque aliquis mihi friget in igni.
Et torus ad cubiti menſuram extructus in altum
Cnyſi erit, aſphodelo, variè & criſpante ſelino.
Mentio potanti fiet chari Ageanactis:
Et labrum in calices fæcem intrudetur adusque.
Tibia erúntque duo paſtores qui mihi ludant:

Atque Lycopites erit vnus, Acharneus, alter:
Tityrꝰè propiore loco cãtabit amores Daphnidis. Eobanus ita,
Inde hæc vina bibam pateris Pteleatica plenis,
Ante focum reſidens. aliquis mihi grata fabarum
Segmina de ſociis calido torrebit in igne.
Lectus erit verò variis denſiſſimus herbis,
Cnyſâque aſphodelóque, reflexibilique ſelino.
Suauiter ipſe bibam, chari memor Ageanactis,
Euacuans plenos toto crateras Iaccho,
Donec in allapſis immergam fæcibus ora.
Paſtores duo cantabunt: quorum hic, ſit Acharnã,
Ille, Lycopites. ſed & hic mihi Tityrus ipſe
Cãtabit, Daphnis quibus ignibꝰ arſerit olim, &c.

Quanuis apud Theocritum ſimpliciter dicatur, *παρ᾽ πυρὶ*, ego tamen me non diſceſſurum ab eo putaui, ſi interpretarer *Ante focum*, Virgilianis vtens verbis: licet quidam his verbis altiorem quendam (vt ita dicam) ſenſum ſubeſſe exiſtiment: quaſi nimirum Menalcas dicat *Ante focum*, quòd Daphnidi, tanquam Lari, ſacrificaturum ſe voueat, quoniam priſcos animas hominum in numerum deorum relatas, Lares eſſe exiſtimauiſſe, ex Sexti Pompeii reliquiis diſcimus.

In iis quæ non longo ſequũtur interuallo, à Theocrito αὐλήσεως ſit mentio, non ſolùm ᾠδῆς: quum Virgilius dicat tantummodo *Cantabunt*. Atque adeo ſiquis Eobanum legat, ex iis qui Græcæ linguæ ſunt imperiti, à Theocrito quoque fieri cantus duntaxat mentionem crediturus ſit. Alibi idem poeta *τοῦ συρίζειν* & *τοῦ αὐλεῖν* meminit, non autem *τοῦ αὐλεῖν* & *τοῦ ᾄδειν*. Locus eſt in fine idyllii ſexti,

Τόσσ᾽ εἰπὼν τὸν Δάφνιν ὁ Δαμοίτας ἐφίλασε·
χὠ μὲν τῷ σύριγγ᾽, ὁ δὲ τῷ καλὸν αὐλὸν ἔδωκεν.

Αὔλει Δαμοίτας, σύρισδε δ᾽ ὁ Δάφνις ὁ βώτας.
Ὠρχεῦντ᾽ ἐν μαλακᾷ ταὶ πόρτιες αὐτίκα ποίᾳ.
Νίκη μὰν οὐδ᾽ ἄλλος, ἀνάσσατοι δ᾽ ἐγένοντο.

Vbi Eobanus αὐλὸν interpretatur Calamos vocales, at vocem Syringa retinet, ſuo more. Hunc enim locum ita vertit,

Talia Damœtas vbi concinuiſſet, ad ipſum
Conuerſus Daphnin, libauit vt oſcula vtrinque,
Vocales calamos hic, ille ſyringa, dederunt.
Vt verò modulis cecinerunt ſuauibus ambo,
Damœtas calamis, ſyringa Daphnis acuta,
Armenta in molli ſaltabant protinus herba.
Tam pulchro tamen hoc neuter certamine vicit:
Muſarum arte pares inuicti nanque fuerunt.

Sed in quinto verſu pro Syringa Daphnis acuta, ſcribendum crediderim Syringe at Daphnis acuta, & ita Eobanum ſcriptũ reliquiſſe. At quidam Italus olim locum hunc ita vertit, non itidem vocabulum illud Græcum retinens,

Sic fatus, comiti Damœtas oſcula charo
Læta dedit: tenuíſque viro ſuperaddita dono
Fiſtula, iocundo gratus fit Daphnis amico:
Dat ſibi dulciſonum quæ fundit tibia cantum.
Alternis ambo mulcebant vocibus auram.
Hinc pedibus pingues pulſabant prata iuuencæ,
Et teneras duris preſſabant vnguibus herbas.
Deuicit neuter, neuter ſuperatus abiuit.

Vbi certè quædam magis placent quàm in Eobani interpretatione: ſed è quarto verſu tollendus eſt ſolœciſmus qui eſt in abuſu pronominis Sibi. Tolli autem poteſt, ſi ſcribatur, Huic dat dulciſonum q.f.t.c. Cæterùm ᾄδειν ſcholiaſtes Theocriti ita differre dicit à συρίζειν & ab αὐλεῖν, & à talibus, quòd iſta habeant μέλος tantummodo, at verò ᾄδειν dicatur ὅτι λόγου

ἐμμελοῦς. Vt autem ad illum de quo nunc agitur locum, reuertar, hos verſus,

Αὐλησεῦντι δέ μοι δύο ποιμένες· εἷς μὲν, Ἀχαρνεὺς,
Εἷς δὲ, Λυκωπίτας· ὁ δὲ Τίτυρος ἐγγύθεν ᾀσεῖ,

ita vertit ille ipſe cuius eſt proxime præcedens interpretatio,

Et duo paſtores ouium, quos fiſtula blandos
Efficit & calamus, mulcebunt æthera cantu.
Si ſum ritè memor, mediis hic ortus Athenis,
Alter ab antiqua genitus fuit vrbe Lycopa.
Tityrus aſt illic miſeros cantabit amores
Daphnidis.

In qua interpretatione verbum *αὐλεῖν* cum *συρίζειν* confunditur: qua in re quantum erretur apparet ex iis quæ antea dixi. Alius denique, (non tanta in ſua interpretatione libertate vtens) ita vertit,

Et cannis duo paſtores mihi carmina dicent,
Alter, Acarnanus, Lycopitas, alter: & ipſe
Tityrus ore ſuo voces modulabitur aſſas.

Sed puto *ᾀσεῖ* fuiſſe ſimplicius interpretandũ. Cæterùm operæpretium eſt conſiderare quomodo Virgilius non quidem *αὐλήσεως* & *ᾠδῆς* mentionem fecerit, vt Theocritus, ſed tantùm *ᾠδῆς*: viciſſim tamen addens ſaltationem, id eſt *ὄρχησιν*, à Theocrito prætermiſſam: & quidem ſaltationem Alpheſibœi, imitantis ſatyros ſaltantes. Sic autem ſacrum hoc omnibus erit partibus abſolutum. habebit enim primùm libationem, deinde hymnos, poſtremò choreas.

Virgilius,

Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora, nec quæ
Saxoſas inter decurrunt flumina valles.

Theocr. idyll. 1, circa principium,

Ἅδιον ὦ ποιμὰν τὸ τεὸν μέλος, ἢ τὸ καταχὲς
Τὴν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.

Quos verſus ita verti,

Sunt iucũda magis, paſtor, tua carmina, quàm quæ
Lympha edẽs ſonitum petra hac diſtillat ab alta.

Eobanus ita,

Thyrſi, tuum noſtræ carmen iucundius auri,
Quàm quæ præcipitans alta de rupe, ſuaui
Murmurat vnda ſono.

Mirum eſt, non Eobanum duntaxat, ſed & duos alios viros doctos exiſtimaſſe loci illius Theocritei imitationem ſubeſſe iſti Virgiliano, qui in eadem ecloga præcedit,

Tale tuum carmen nobis, diuine poeta,
Quale ſopor feſſis in gramine, quale per æſtum
Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.

Sunt autem hi verſus, Mopſi laudantis Menalcam: illi verò ſunt Menalcæ, qui Mopſum viciſſim laudat, tanquam vicem referens. Ac feſelliſſe videntur eos prima hæc loci huius verba, *Tale tuum carmen*: quoniam eſt apud Theocritum, *ἅδιον τὸ τεὸν μέλος*: ſed conſiderandum erat alias hîc quàm apud Theocritũ eſſe comparationes. Iam verò & aliûs loci imitationem ſubeſſe volunt hiſce verbis,

Quale ſopor feſſis in gramine:

huius loci inquam,

Ἁδὺ δὲ τῷ θέρεος παρ' ὕδωρ ῥέον αἰθριοκοιτεῖν:

quum tamen apud Virgilium nihil planè ſit quod vel adumbret illa verba, (quæ in hac comparatione ſunt præcipua) *παρ' ὕδωρ ῥέον*: item, *τῷ θέρεος*.

Ad ſuperiorem autem illum Virgilii locũ reuertẽs, quem aliquid cum Theocriteo habere commune videmus, fateor primùm, illa quæ ſunt in eius principio verba, *Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora*, (quanuis

ea ſola quidam afferat) nihil habere Theocriteum: & à me non ob aliud eſſe allata, quàm propter verbum *inuunt*, inde repetendum in ſequentibus. Deinde dico operæpretium eſſe conſiderare, quiddam minus improprium & ruſticum habere comparationẽ iſtam paſtoris Virgiliani, *quàm quę Saxoſas inter d. fl. u.* quàm hanc Theocriti, ἢ τὸ καταχὲς τῆν' ἀπὸ τ. π. κ. ὑ. ὕδωρ. Quod autem dico, meas, non autem aliorum, interpretatione, repræſentatur: quoniam verbũ verbo reddidi. Neque enim τὸ καταχὲς de murmure intelligi poteſt, quale eſt riuorum: neque videtur permittere aduerbium ὑψόθεν vt talem ſonum intelligamus. Ideóque non immeritò lector mirabitur, apud Eobanum, poſtquam dictum eſt, Quàm quæ præcipitans alta de rupe, ſubiungi, -ſuaui Murmurat vnda ſono. Quomodo enim fieri poteſt vt ſuauiter murmuret aqua quæ præcipitat ex alta rupe? Hoc tamen verbo vſus non ſum, ſed verbo Diſtillat: quod omnino τῷ καταλείβεται reſpondet. Quòd ſi καταλείβεται non ſatis propriè hic dici, obiiciat quiſpiam, eo magis verum comperietur quod dixi de paſtoris ruſticitate: quum non ſolùm ipſa comparatio non ſit ſatis apta, ſed nec ſatis aptis in ea verbis vtatur. Ac viciſſim Virgilianus paſtor, in cõparatione proximè præcedente, qua dixerat, *Nec percuſſa iuuant fluctu tam littora*, parum appoſitè loquutus erat, mea quidẽ ſententia. Sed talem paſtorum ruſticitatem repræſentare, eſſe puto ſeruare decorũ. Quòd ſi iudicio valuiſſet, hac prima comparatione contentus fuiſſet, *Nam neque me tantùm uenientis ſibilus auſtri*: vbi quiſpiam fortaſſe reſpici putauerit ad τὸ ψιθύρισμα τᾶς πίτυος, quod eſt in principio primi idyllii Theocriti.

IN ECLOGAM VI,

quæ inſcribitur SILENVS.

Virgilius,

His adiungit, Hylam nautæ quo fonte relicto
Clamaſſent: vt littus Hyla Hyla omne ſonaret.

Theocr. idyll. XIII, quod vocatur Hylas,
Κᾤχεθ' Ὕλας ὁ ξανθὸς ὕδωρ ἐπιδόρπιον οἰσῶν
Αὐτῷ θ' Ἡρακλῆϊ καὶ ἀστεμφεῖ Τελαμῶνι,
(Οἳ μίαν ἄμφω ἑταῖροι ἀεὶ δαίνυντο τράπεζαν)
Χάλκεον ἄγγος ἔχων. τάχα δὲ κράναν ἐνόησεν
Ἡμένῳ ἐν χώρῳ.

Quæ ſic vertit Eobanus,
Inde abiit formoſus Hylas, tum fortè parandam
In cœnam laturus aquas vt ferret & ipſi
Alcidi magno, atque intrepido Telamoni,
Qui menſam ſocii conuiuabantur ad vnam
Semper. at hîc vrnam manibus geſtabat ahenam
Flauus Hylas, properè conſpecto fonte ſub antro
Obſcuro nigróque loco.

Theocr. in eodem idyll. aliquanto pòſt,
Τρὶς μὲν Ὕλαν ἄεισεν ὅσον βαθὺς ἤρυγε λαιμὸς,
Τρὶς δ' ἄρ' ὁ παῖς ὑπάκουσεν, ἀραιὰ δ' ἵκετο φωνὴ
Ἐξ ὕδατος. παρεὼν δὲ μάλα σχεδὸν, εἴδετο πόῤῥω.

Quæ ita reddidit idem Eobanus,
Quæ ſitúmque abiens magna ter voce vocauit,
Quantum plena poteſt de gutture ducta profundo
Vox feciſſe ſonum, tanta ter voce petitum
Exclamauit Hylam: nigrante ter ille ſub vnda
Audiit, & tenuis vox venit ad Herculis aures,

Ex vnda quæ proxima erat. procul ille vocanti
Eſſe videbatur, quum non procul eſſet.

Tantùm igitur attingit breuiter Virgilius illam fabulam de amiſſo Hyla & diu fruſtra quæſito ab Hercule: quam Theocritus toto illo idyllio latè tractat. Ideo locis qui imitationem habent, annumerandus hic fortaſſe non fuerit.

Virgilius,

Tum canit Heſperidum miratam mala puellam.

Theocritus idyll. III, quod Comaſtes ſiue Amaryllis eſt inſcriptum,

Ἱππομένης ὅκα δὴ τὰν παρθένον ἤθελε γᾶμαι,
Μᾶλ' ἐν χερσὶν ἑλὼν δρόμον ἄνυεν· ἁ δ' Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλατ' ἔρωτα.

Quæ ita vertit idem Eobanus,

Et certè Hippomenes Atalantæ captus amore,
Mala ferens manibus calida decurrit arena,
Quem virgo interea rapido præuertere curſu
Vt vidit, periítque, profundúmq; hauſit amorem.

De hoc loco, quod attinet ad collationem cum Virgiliano, idem dicendum quod & de proximè præcedente.

IN ECLOGAM VII,

quæ inſcribitur MELIBOEVS.

Virgilius,

Fortè ſub arguta conſederat ilice Daphnis,
Compulerántque greges Corydon & Thyrſis in unū:
Thyrſis oues, Corydon diſtentas lacte capellas.
Ambo florentes ætatibus, Arcades ambo,
Et cantare pares, & reſpondere parati.

Theocritus in principio idyllii VI,

Δαμοίτας καὶ Δάφνις ὁ βουκόλος εἰς ἕνα χῶρον
Τὰν ἀγέλαν ποκ᾽ Ἄρατε συνάγαγον. ἦς δ᾽ ὁ μὲν αὐτῶν
Πυῤῥὸς, ὁ δ᾽, ἡμιγένειος. ἐπὶ κράναν δέ τιν᾽ ἄμφω
Ἑσδόμενοι, θέρεος μέσῳ ἄματι, τοιάδ᾽ ἄειδον.

Quæ ita verti,

Damœtas & Daphnis, Arate, bubulcus in vnum
Compulerant aliquando greges. iam rufa tegebat
Barba huius mentum, florens lanugine ſola
Mentum erat illius. Sedere in margine fontis,
Et medio hoſce die cantus feruente dedere.

Eobanus ita,

Paſtores duo, Damœtas & Daphnis, Arate,
Compulerant armenta ſimul, iuuenilibus ambo
Florentes annis: tenera hic lanugine rufus,
Ille genas primo veſtitus flore iuuentæ.
Iámque dies medias æſtiua reduxerat horas,
Conſedere alacrem iucundi fontis ad vndam,
Inſtructi pariles in mutua carmina auenas.

Simul autem & hunc eſt locum imitatus hic Virgilius qui eſt initio idyllii octaui,

Δάφνιδι τῷ χαρίεντι συνώντετο βωκολέοντι
Μᾶλα νέμων, ὡς φαντὶ, κατ' ὤρεα μακρὰ Μενάλκας.
Ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, ἄμφω ἀνάβω·
Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν.

Id eſt, me quidem interprete,

Excelſo dum paſcit oues in monte Menalcas,
Daphnidi fama illũ eſt lepido occurriſſe bubulco.
Rufus vtrique capillus, erátque impuber vterque:
Fiſtulæ vterque ſciens, cãtúſque peritus vterque.

Interprete autem Eobano,

Daphnida formoſum gelida conuenit in vmbra
Aereo qui pauit oues in monte Menalcas.
Ambo ætate pares tenera, flauentibus ambo
Crinibus, & pulchro docti contendere cantu.

Hic locus ex iis eſt qui ex duobus Theocriti ſunt cõflati (vt ita dicam) quod attinet ad imitationẽ. Eſſe autem quoſdam ex pluribus etiam quàm duobus cõflatos, antea oſtendi. Cæterùm notandum eſt eundem colorem vtroque in loco diuerſis paſtoribus tribui: quum hîc quidem πυῤῥοτρίχω dicat, illic autem, πυῤῥός. Vbi tamen non placet πυῤῥὸς accipere pro πυῤῥότριχος, ſed pro πυῤῥογένειος, ſi ita loqui licet, ea forma qua ſtatim pòſt dicitur ἡμιγένειος: qua dicuntur etiã alia ex nomine γένειον compoſita. Neque enim rationi cõſentaneum eſſet, in deſcriptione paſtoris vnius, facere mẽtionem pilorum capitis, quo colore eſſent, in deſcriptione alterius duntaxat, mentionem barbæ facere. præſertim quũ minimè dubiũ eſſe queat quin Theocritus ætatem indicare voluerit: hæc autem ex eo cognoſcatur in quopiam, quòd imberbis ſit, aut iam barbatus. ideóque in altero loco, poſtquã dixit, ἄμφω τώγ' ἤτην πυῤῥοτρίχω, addat, ad declarandam ætatem, ἄμφω ἀνάβω. Eobanus lanuginem vtrique tribuit: quippe qui vertat,

-tenera hic lanugine rufus,

Ille genas primo veſtitus flore iuuentæ.

at ego puto Theocritum intellexiſſe, alterius barbam fuiſſe rufam : quo colore eſſet alterius barba , non dixiſſe, quum nondum barbatus eſſet, ſed ſemibarbatus tantùm : atque adeo mẽtum eius veſtitum eſſet pilis, qui verius lanugo eſſent quàm barba. Scholiaſtẽ (in cuius expoſitionem mox inquiram) voluit ſequi Eobanus, ſed eum non intellexit. neque enim ille ſub nomine *πυῤῥὸς* colorem rufum & lanuginem ſimul intelligit (vt dicit hic, -tenera hic lanugine rufus) ſed lanuginem tantummodo. nam eius expoſitio eſt hæc, *ὧν δὲ τῶν ἀδόντων ὁ μὲν, ἄρτι χνοάζων τὸ γένειον· ὁ δὲ, πληρέστας αὐτὸ ταῖς θριξίν.* Quibus adiicit, *ἢ πυῤῥὸς, ὁ ἀρτίχνους, ὁ ἤδη πωγωνίτης· ἡμιγένειος ἦ, ὁ οὔπω πᾶσαν γένυν πεπληρωμένην ἔχων γενείων.* Interiicit autem Euripidis locum, *Πυῤῥὸς γενύεσσιν*, poſtquã *πυῤῥὸς* expoſuit *ὁ ἤδη πωγωνίτης.* Quod ſi & in hãc expoſitionem inquirendum eſt (vt facturum me paulo antè ſum pollicitus)dico mihi non placere vt *πυῤῥὸς* intelligatur *ὁ χνοάζων*: quum neque vſquam *πυῤῥὸς* hãc ſignificationem habere exiſtimem : & nullum futurũ ſit inter paſtores illos diſcrimen : quoniam qui eſt *ἡμιγένειος* poteſt etiã dici *χνοάζειν*, aut certè nõ multo plus quàm *χνοάζειν.* Idẽ ſcholiaſtes poſtea *πυῤῥὸς* exponit *ὁ ἤδη πωγωνίτης*: ſed dicendũ potius erat (meo quidem iudicio) *ὁ ἤδη πώγωνα ἔχων , καὶ τοῦτον πυῤῥόν.* Valde autẽ mirũ, duas tã diuerſas expoſitiones ab illo coniungi nominis *πυῤῥός* . videlicet *ὁ ἀρτίχνους* , & *ὁ ἤδη πωγωνίτης.* Nec abſimile vero fuerit, inter *ἀρτίχνους*, & *ὁ ἤδη πωγωνίτης*, aliquid deſiderari. Italus ille ex cuius antea interpretatione quædam attuli, *πυῤῥὸν* & ad barbam & ad crines refert. nam totum hunc

locum ita vertit, liberius etiam quàm Eobanus,

Compulerant pecudes Daphnis formoſus in vnũ
Damœtáſque: ambo dulces emittere cantus
Edocti, alternáſque parati reddere voces.
Ambo florentes ætate, ſed ora nitebant:
Damœtæ rutili circum ſua tẽmpora crines,
Purpureóque genas veſtibat flore iuuentus:
Daphnis erat mentum prima lanugine tectus.
Et pulcher medio radiabat Cynthius orbe
Luce ſub ardenti, gelidos quum fortè ſederent
Ad fontes ambo, recinentes dulcius ore.

Mira eſt hæc interpretãdi libertas, quæ etiam in decem verſus extendit quatuor illos Theocriti. Quòd ſi πυῤῥὸν permittere ſibi volebat non minus ad crines quàm ad barbam referre, at certè non debebat ex vno colore duos facere, tribuendo crinibus rutilum colorem, at barbæ, aut ſaltem lanugini, purpureum.

Virgilio idem hîc iudicium in imitando Theocrito fuiſſe, quod & alibi, obſeruandum eſt: ideóque deſcriptionem coloris barbæ aut capillorum (nam in vno loco πυῤῥὸς ad barbã, ſicut in altero πυῤῥοτρίχω ad capillos referri mihi videri, antea docui) minimè imitari, ſicut nec alia quædã minuta, voluiſſe: ſed ætatis duntaxat mentionem faciendam putauiſſe: ideóque ad illa reſpicientem verba, ἄμφω ἀνάβω, dixiſſe, *Ambo florentes ætatibus*: vbi plurale valde rarum habemus, *ætatibus*. Sed & hoc pauci animaduertunt, rarum quêdam hic eſſe vſum participii *florentes*: quum florere ætate dicantur vulgò qui iam attigerunt iuuentutem: iuuenes autem non ſoleant eſſe ἄνηβοι: vt Theocritus dixit ἄμφω ἀνάβω. Sed Cicero ipſam quoque adoleſcentiam dixit florem ætatis: in Topicis, *Hoc eſt quaſi qui adoleſcentiam, florem ætatis: ſenectutem, occaſum vitæ velit definire.* Sed quanuis ἀνάβω

dicatur à Theocrito de ſuis piſcatoribus, potuit Virgilius pubertatem ſuis tribuere, ſiue primam pubertatem. Tunc autem ita dictum erit Florere, vt Flos in iſto diſticho,

Collige uirgo roſas, dum flos nouus & noua pubes:
Et memor eſto æuum ſic properare tuum.

quo clauditur idylliū olim ipſi Virgilio adſcriptum, vnà cum quibuſdam aliis, quum tamen Auſonius eius autor ſit. Iam verò ſi de puberibus intelligamus illud *Florentes ętatibus*, licebit etiam ſuſpicari ad ἡμιγένειος Virgilium reſpexiſſe: cui προγένειος à Theocrito opponi crediderim, vt alibi dicam.

Ad verſum autem illum quod attinet,

Ἄμφω συρίσδεν δεδαημένω, ἄμφω ἀείδεν,

rurſum hîc Theocritus non tantùm τοῦ ἀείδειν, ſed etiam τοῦ συρίζειν meminit: qui alicubi etiam τὸ αὐλεῖν addit, vt antea obſeruandum propoſui. Verùm vt illic, ita etiam hîc cantus duntaxat mentionem facere maluit Virgilius.

Virgilius,

Hic uiridis tenera prętexit arundine ripas
Mincius, ęque ſacra reſonant examina quercu.

Theocr. idyll. I.

-ὧδε κύπειρος,
Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.

Id eſt, vt verti,

-hîc ecce cyperus,
Hîc iucundus apum ſua circum aluearia bombus.

Vt autem Eobanus,

Hîc tantùm virgulta virent, humiléſque cyperi,

Dulciſoniſque ſtrepunt apiaria mellea bombis.

Conſiderandum quomodo Virgilius hic quoque è toto Theocriti loco vnicum verſum excerpat, eúmque ad aliud quàm Theocritus accommodet. Nihil enim commune habent quæ præcedunt apud Theocritum, cum iis quæ præcedunt apud Virgilium: ac ne hæc quidem de apibus dicuntur apud Theocritum ab eo qui alium inuitare velit ad locum in quo illæ ſunt, aut ſaltem in quo illarum bombus auditur. Libet autē (vt id quod dixi, perſpiciatur) totum locū afferre. Dicit igitur Daphnis Veneri,

Οὐ λέγεται τὰν Κύπριν ὁ βωκόλος, ἕρπε ποτ' Ἴδαν,
Ἕρπε ποτ' Ἀγχίσην. τηνεὶ δρύες· ὧδε κύπειρος,
Ὧδε καλὸν βομβεῦντι ποτὶ σμάνεσσι μέλισσαι.

Quæ ita verti,

Ito illuc Cythercam vbi dicitur ille bubulcus:
Idam adeas, Anchiſem adeas. nā ſunt ibi quercus.
Ecce cyperum hîc: iucundúſque aluearia circum
Hîc auditur apum bombus.

Quæ vt ego, meo more, id eſt penè ad verbum, ſum interpretatus, ita Eobanus ſuo, id eſt liberè: hoc modo,

Quin potius pergis, Phrygiam quin pergis in Idam:
Qua Venus (vt perhibent) paſtorem eſt paſſa maritum
Quin petis Anchiſem, quem circum plurima denſant
Vmbroſum querceta nemus, loca commoda furtis:
Hîc tantùm virgulta virent, humiléſque cyperi,
Dulciſoniſque ſtrepunt apiaria mellea bombis.

Italus quoque ille non minore, ſed maiore potius libertate vſus eſt,

Fertur ibi Daphnim Veneri conuitia fatum,

Vade age, dumoſis Phrygiæ te montibus Idæ
Occulta: blandis amplectere colla lacertis
Anchiſæ: quercus illic, luſtra alta ferarum,
Et tua furta Venus nemori celantur opaco.
Hîc ſedes apium, frutices, lentæ'que geniſtæ.

Quæ autem addit vterque, ſumit ex ſcholiaſte. At ego tantum abeſt vt tale quid addendum putauerim, vt infinitiui etiã ellipſin, qualis eſt apud ipſum Theocritum, in mea interpretatione reliquerim: præſertim quũ eiuſmodi ſit quæ verecunda vocari queat. Scholiaſtes putat ſubaudiendum κατυγχωὑαι, quum ὁ βουκόλος intelligatur de Anchiſe. At ille Italus interpres toto (quod aiunt) cœlo errans, ὁ βουκόλος de Daphnide intelligit, & longè aliud infinitiuum ſubaudiens vertit, Fertur ibi Daphnin Veneri cõuitia fatum: quaſi prima hoc in loco Daphnidis verba ſint iſta, ἕρπε ποτ' Ἴδαν. Obiter autem & de hoc lectorẽ monebo, poſſe etiam cohærere cum præcedentibus verba illa, ἕρπε ποτ' Ἴδαν: intelligendo, ἕρπε ποτ' Ἴδαν, ἐν ᾗ λέγεται ὁ βουκόλος κατυγχωὑαι τὰν Κύπριν.

Virgilius,

Nerine Galatea, thymo mihi dulcior Hyblæ,
Candidior cygnis, hedera formoſior alba,
Quum primùm paſti repetent præſepia tauri,
Siqua tui Corydonis habet te cura, uenito.

Theocritus idyll. XI,

Ὦ λευκὰ Γαλάτεια, τί τὸν φιλέοντ' ἀποβάλλῃ;
Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός,
Μόσχω γαυροτέρα, φιαρωτέρα ὄμφακος ὠμᾶς.

Quos verſus ita reddidi,

Candida cur Galatea tuum auerſaris amantem?

Caſeolo

Caſeolo quæ candidior, quæ mollior agno,
Et vitulo laſciua magis: ſed acerbior vua
Immatura.

Eobanus ſic,

Formoſa ô Galatea, quid auerſaris amantem?
Candida caſeolo magis, omni mollior agno,
In molli vitulo erranti laſciuior herba,
Triſtibus omphacinæ ſuccis mihi acerbior vuæ.

Virgilius ſatis habuit illud comparatiuum λευκοτέρα interpretari: & tamen ita vt λευκότητα eius, id eſt cãdorem, cum alia re, quàm Theocritus, comparet: nimirũ cum cycnis. Nam Theocritus cum lacte coacto (ita enim πακτᾶν puto nos poſſe interpretari) confert. At Naſo in illa ſua imitatione, in qua mirum in modum (vt poſtea videbimus) luxuriat, non cygnis vel lacte coacto candidiorem dicit, ſed molliorem vtroque horum. Obiter autem de hoc lectorem monebo, eſſe qui exiſtiment, hos verſus quos ſubiungit apud Virgilium Thyrſis,

Immò ego Sardois videar tibi amarior herbis,
Horridior ruſco, proiecta vilior alga,
Si mihi non hæc lux toto iam longior anno eſt.
Ite domum paſti, ſi quis pudor, ite iuuenci.

hos, inquam, verſus, eſſe verba Galateæ reſpondentis ad ea quæ Corydon in illis quatuor verſibus ipſi dixerat: quum Thyrſis perſonam Galateæ ſuſtineat.

Virgilius,

Hîc focus, & tædæ pingues: hic plurimus ignis
Semper, & aſsidua poſtes fuligine nigri.
Hîc tantum boreę curamus frigora, quantùm
Aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas.

Theocritus idyll. IX,

Ἐν πυρὶ δὲ δρυΐνῳ χορία ζεῖ, ἐν πυρὶ δ' αὖαι
Φαγοὶ, χειμαίνοντος. ἔχω δέ τοι οὐδ' ὅσον ὤραν
Χείματος ἢ νωδὸς καρύων, ἀμύλοιο παρόντος.

Quæ ita verti,

Bullit omaſum igni querno: ſunt aridæ in igni
Fagi, quum bruma eſt. nec tātum tempora brumæ
Curo, nuces quantū eſſe edentulus, eſt data ſi puls.

Eobanus ſic,

Pinguia ad aeriis congeſtum è quercubus ignem
Exta coquo, quem fagineis tunc nutrio lignis
Quum mala venit hyems: qui ſic brumalia curo
Tempora, vt eſſe nuces duras edentulus, adſit
Dummodo decoctæ gratiſſima copia pultis.

Legimus autem apud illum poetam Græcum, in eodem idyllio, paulo antè,

Τοῦ δὲ θέρευς φρύγοντος ἐγὼ τόσον μελεδαίνω,
Ὅσον ἐρῶντι πατρὸς μύθων καὶ μητρὸς ἀκούειν.

Id eſt, vt ego verti,

Tantum autem æſtatem, quamuis ſit torrida, curo,
Quantum curat amans monitus audire parentum.

Eobanus ita reddidit,

Torrida ego æſtatis tam curo tempora ſiccæ,
Quantum verba iuuat natos audire parentum.

Virgilius,

Stant & iuniperi, & caſtaneę hirſutæ,
Strata iacent paſſim ſua quęque ſub arbore poma:
Omnia nunc rident: at ſi formoſus Alexis
Montibus his abeat, uideas & flumina ſiccą.

Theocr. idyll. v 111,

Παντᾶ ἔαρ, παντᾶ δὲ νομοὶ, παντᾶ δὲ γάλακτος
Οὔθατα πλήθουσι, καὶ τὰ νέα τρέφεται,
Ἔνθ' ἁ καλὰ παῖς ἐπινίσσεται· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χ' ὡ ποιμὰν ξηρὸς τηνόθι, χαὶ βοτάναι.

Quæ ita verti,

Ver ibi, paſcua ibi, diſtentáque paſſim ibi lacte
Vbera, ibi teneris fœtibus eſca ſua eſt,
Ponit vbi pulchra illa pedem virgo: vnde recedit,
Aret eo paſtor, nec minus herba, loco.

Eobanus ſic,

Omnia tunc vernant, tunc omnia paſcua florent,
Omnia plena boues vbera lactis habent,
Quum virgo huc formoſa venit: poſtquam illa receſſit,
Flacceſcunt herbæ, paſtor, & omne pecus.

Multis video incognitam eſſe lectionē quam hîc ſequor, legēs non πάντα, ſed παντᾶ (vt in mea editione, non ſolùm iſta, ſed & altera illa quæ poetam hunc grandibus literis excuſum habet, vnà cum cæteris heroicæ poeſeως principibus) Agnoſcit tamē lectionem hanc & ſcholiaſtes, licet alterius quoque mentionem faciat. Quanuis porro in vltimo tantùm loco vſus ſim aduerbio Paſſim, intelligendum erit & in duobus qui præcedunt locis, vnà cum altero aduerbio Ibi. Eobanus aduerbio temporis Tunc vſus eſt: quo vti non video cur non illi licuerit, potius quàm omittere quæ omiſſa videmus, & addere quæ videmus eſſe addita. Horum enim verborum, καὶ τὰ νέα τρέφεται, interpretatio ab illo prætermittitur: quæ tamen verba non parum augere commendationem felicitatis illius quam vult deſcribere, ex aliis Theocriti locis apparet, quorū vnus eſt in hoc ipſo idyllio, non multo pòſt,

Σίττα νέμεσθε νέμεσθε, τὰ δ' εὔθατα πλήσατε
πᾶσαι,
Ὥς τὸ μὲν ἄρνες ἔχωντι, τὸ δ' ἐς ταλάρως ἀπό-
θωμαι.

alter eſt hic idyllio primo,

Αἶγα δέ τοι δωσῶ διδυματόκον ἐς τρὶς ἀμέλξαι,
Ἃ δύ' ἔχοισ' ἐρίφως ποταμέλγεται ἐς δύο πέλλας.

Meam autem loci vtriuſque interpretationem inuenies ſuprá prioris quidem pag. 59 & 60: at poſterioris, pag. 61.

Ad verò additionem quod attinet, ea eſt in fine vltimi verſus. nam quod Theocriteus paſtor de paſtore tantùm & herbis dicit, Eobanus de pecore etiam dixit, & quidem omni: quòd ſpatium alioqui vacuum in verſu relictum iri videret.

Virgilianam porro imitationem quæ eſt circa hãc idyllii Græci partem, vt conſideremus, afferre oportet etiam quæ ab altero paſtore apud vtrunque dicuntur. Apud Virgilium igitur illis Corydonis verſibus hos reddit Thyrſis,

Aret ager, vitio moriens ſitit aeris herba,
Liber pampineas inuidit collibus umbras:
Phyllidis aduentu noſtræ nemus omne uirebit,
Iuppiter & læto deſcendet plurimus imbri.

Apud Theocritum autem, illis quos attuli Menalcæ verſibus hi redduntur à Daphnide,

Ἔνθ' ὄϊς, ἔνθ' αἶγες διδυματόκοι, ἔνθα μέλισσαι
Σμάνεα πληρεῦσιν, καὶ δρύες ὑψίτεραι,
Ἔνθ' ὁ καλὸς Μίλων βαίνει ποσίν· αἰ δ' ἂν ἀφέρπῃ,
Χὡ τὰς βῶς βόσκων, χαἰ βόες αὐότεραι.

Id eſt (vt ipſe ſum interpretatus)

Capra & ouis geminos pariunt ibi, melle ibi cellã
Implet apis, quercus celſior erigitur,
Pulcher vbi graditur Milo: at ſi ille recedat,

Areſcit paſtor,grex paritérque boum.

Vel ita,

Paſtorem ariditas corripit atque boues.

Eobanus autem ita vertit,

Tunc geminos pariunt ouis & capra,dulcia mella
Stipat apis,ramos altius arbor agit,
Quum venit huc Milon formoſus : vt ille receſſit,
Paſtor & ipſe aret,marcet & omne pecus.

Videtur hic paſtor, quòd ὑψίτεραι dixiſſet, ideo & huic loco adhibuiſſe αὐότεραι,quod eſt ὁμοιοτέλευτον: vt maiorem gratiam hæc antitheſis haberet: quum alioqui non aliud quàm quod ſignificatur poſitiuo αὖαι, declarare vellet. (Neque enim credibile eſt, non alia de cauſa ita loquutum eſſe, quàm quod αὖαι in ſuum verſum recipere non poſſet) Si tamen vim comparatiui ſeruandam quiſpiam exiſtimaret, ita poſſet verſum illum reddere,

Aridior paſtor, grex paritérque boum.

Virgilius vtrunque locum in eo imitatur, quòd eandem commendationis formam vtrobique ponit, quam apud Theocritum habemus: licet non eadem ſint quæ ad commendationem affert. Ariditatis quidem certè mentionem vterque facit: verùm quum apud Theocritum vtrobique eius fiat mentio in fine, ex Virgilianis paſtoribus vnus in fine, alter in principio mentionem eius facit: quoniam quod alter euenturum dixerat in ſuis montibus, ſi formoſus Alexis ex iis abiret:alter iam eueniſſe dicit in eo vbi verſatur loco, ſed fore vt ſuæ amicæ aduentus ei malo medeatur. Quum porro extent elegantes Nemeſiani verſus,quorum ἐνδόσιμον (vt ita dicam) præbuiſſe illi videri poteſt non minus vnius ex his poetis quàm alterius locus,rem gratam lectori facturum me putaui ſi eos illi afferrem. Hæc igitur apud eum (qui alio-

qui nonnulla duriuſcula habet: ne quid grauius dicã) ſunt Idæ ad ſuam Donacen verba,

Te ſine,(uę miſero mihi) lilia nigra uidentur,
Pallentéſque roſæ, nec dulce rubens hyacinthus:
Nullus nec laurus nec myrtus ſpirat odores:
At ſi tu uenias, & candida lilia fient,
Purpureæque roſæ, & dulce rubens hyacinthus,
Tunc mihi cum myrto laurus ſpirabit odores.

Virgilius,

Ex illo Corydon Corydon eſt tempore nobis.

Theocritus eodem idyllio,

Κἠκ τούτω Δάφνις παρὰ ποιμέσι πρᾶτος ἔγεντο.

Id eſt,

Primus apud paſtores illo ex tempore Daphnis.

Eobanus ita,

Inter ab hoc igitur paſtores tempore Daphnis
Primus habebatur.

Quamuis minimè dubium eſſe poſſit quin Virgilius Theocritum in ſuo illo verſu imitari voluerit, quum etiam eo claudat ſuam eclogam, ſicut Theocritus illo ſuum idyllium (nam penultimus eſt) ſenſus tamen Latini eſſe idem non poteſt qui Græci, niſi vel Corydon in poſteriore loco aliter quàm in priore accipiamus, vel aliquid, tanquam in ellipſi, ſubaudiamus. Sed de hoc verſu latius in meis Schediaſmatis diſſeram.

IN ECLOGAM VIII, quæ inſcribitur PHARMACEVTRIA.

Eclogã hanc ſunt qui etiam Damonem inſcribant: ſed receptum paſſim nomen eſt Pharmaceutria: quod certè cum vno ex Theocriteis idylliis commune habet. nam ſecundũ Theocriti idyllium vocatur itidem Φαρμακεύτρια. Apud Theocritum (inquit Seruius) eſt vna ecloga quæ appellatur Pharmaceutria: in qua inducitur mulier quædam ſacris quibuſdam peruertens mentem amatoris à quo ſpernebatur: quam Virgilius tranſtulit ad huius eclogæ vltimam partem. Prima enim eius pars conqueſtionem ſolam habet amatoris decepti: quem, nubendo alteri, antiqua ſponſa fefellerat. Hæc ille. Sed hanc conqueſtionem talem eſſe ſciendum eſt, vt in ea narretur etiam quando primùm captus eius amore fuerit: quod Theocriteus amator itidem de ſe narrat circa finem idyllii.

Virgilius,

Incipe Mænalios mecum mea tibia cantus.

Theocritus,

Ἄρχετε βουκολικᾶς Μοῖσαι φίλαι, ἄρχετ᾽ ἀοιδᾶς.

Id eſt,

Incipe bucolicam chara incipe Muſa camœnam.

Vel, vt vertit Eobanus,

Dicite bucolicos mea carmina, dicite cantus.

Mirum eſt à Seruio non iſtum Theocriti verſum aſ-

ferri quem Virgilius in illo intercalari imitetur, ſed alium cui nihil cum Virgiliano eſt commune: niſi quod & ipſe eſt intercalaris. Fecit autē hunc verſum (inquit) ad imitationem Theocriti, qui frequenter dicit in Pharmaceutria,

Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα,

O turbo maritum meum domum adducito. Sicut in ſequentibus, *Ducite ab vrbe domum mea carmina, ducite Daphnim*. Hæc ille: quem eo etiam magis miror hoc dicere, quòd alium verſum ſubiungat, illū ipſum in quo Virgilius Græcū illum eſt imitatus. Sed quoniam in Pharmaceutria, quam Virgilium imitari dixerat, verſus ille reperitur, Ἴυγξ ἕλκε &c. non autem hic (verſus enim ad cuius exemplar hic eſt effictus, extat idyllio primo) ideo illud dixit.

Vt autem imitatus eſt hunc Virgilius, ſic & alterum qui illi velut reſpondet. nam hic Virgilianus,

Deſine Mænalios iam deſine tibia verſus,

effictus eſt ad exemplar huius Theocritei, qui eſt idyllio primo,

Λήγετε βωκολικᾶς Μῶσαι, ἴτε, λήγετ' ἀοιδᾶς.

Quem ita verti,

Finem bucolicæ, finem fac Muſa camœnæ.

Eobanus ita,

Claudite bucolicos mea carmina, claudite cantus.

Sed Theocritus hunc quater, Virgilius ſuum ſemel tantùm ponit. Quum autem vt Theocritus Ἄρχετε & Λήγετε, ita Virgilius *Incipe* & *Deſine* dicat, ideo in mea illius etiam prioris verſus interpretatione nolui cum Eobano vti verbo Dicite, aut alio eiuſmodi, ſed dixi Incipe, dixi item chara Muſa: vt apud Theocritum eſt Μῶσαι φίλαι (pro quibus Eobanus, mea carmina) Vt autem poſſem Theocritea hæc verba retinere, nō dubitaui pluralem mutare in ſingularem: præſertim

quum ſcirem poetas interdum pluralem, Muſas, nonnunquam ſingularem numerum, Muſam, ſimilibus locis adhibere.

Virgilius,

Tu mihi ſeu magni ſuperas iam ſaxa Timaui,
Siue oram Illyrici legis æquoris, &c.

Theocritus idyll. 1,

Ὦ Πὰν, Πάν, εἴτ' ἐσσὶ κατ' ὤρεα μακρὰ Λυκαίου,
Εἴτε σύ γ' ἀμφιπολεῖς μέγα Μαίναλον.

Id eſt (vt verti)

O Pan, Pan, ſiue es ſpatioſo in monte Lycæi,
Siue peragratur mons à te Mænalus.

Eobanus ita,

O Pan Pan, ſeu longa tenes dumeta Lycæi,
Seu tu Mænalias arces, tua regna, frequentas.

Non tam ex mea quàm aliorum ſententia imitationẽ hîc conſtituo: quum talis forma dubitationis apud alios etiam poetas reperiatur, & Virgilius illum quem compellat per apoſtrophen (putant autem eſſe Auguſtum) non roget vt ad ſe veniat, ſicut Daphnis apud Theocritum Pana rogat. Profuerit alioqui hũc eius locum attuliſſe, vel propter iſta Virgiliana quæ non multo pòſt ſequuntur,

Mænalus argutúmque nemus pinóſque loquentes
Semper habet, ſemper paſtorum ille audit amores,
Panáque, qui primus calamos non paſſus inertes.

Videri autem poſſit fortaſſe Virgilius, quum dixit de Mænalo, *pinóſque loquentes Semper habet*, & ſubiunxit, *ſemper paſtorum ille audit amores,* (tanquam exponens qua de re loquantur illæ pini) reſpexiſſe ad hunc Theocriti verſum,

Ἀλλήλαις λαλέοντι τεὸν γάμον αἱ κυπάρισσοι.

qui verſus extat in idyllio quod in hac editione mea, ſicut & in altera, eſt XXVII: at in aliorum editionibus eſt XXXIIII. Eodem autem modo dicuntur ecloga prima ſyluæ reſonare Amaryllida.

Virgilius,

O digno coniuncta viro, dum deſpicis omnes,
Dúmque tibi eſt odio mea fiſtula, dúmque capellæ,
Hirſutúmque ſupercilium, prolixáque barba.

Theocritus idyll. XI, quod Cyclops eſt inſcriptum,

Γινώσκω χαρίεσσα κόρα τίνος οὕνεκα φεύγεις.
Οὕνεκά μοι λασία μὲν ὀφρὺς ἐπὶ παντὶ μετώπῳ
Ἐξ ὠτὸς τέταται ποτὶ θὤτερον ὦς μία μακρά·
Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεσι, πλατεῖα δὲ ῥὶς ἐπὶ χείλει.

Quæ ita verti,

Virgo venuſta ſcio cur me auerſeris amantem.
Nempe ſupercilium hirſutum ſe porrigit omnem
Per frõtem, atque aures vnum pertingit vtraſque.
Vnus & eſt oculus, naſo labra ipſa teguntur.

Eobanus ſic,

Sed ſcio cur fugias, cur me chariſſima ſpernas.
Denſa ſupercilio quia frons eſt plurima longo,
Idque aurem flexu contingit vtranque ſuperbo.
Vnus ineſt oculus, ſupráque capacia naſus
Vaſta mole iacet mea labra, atque imminet ori.

In mea interpretatione poſtremus verſus poterit mutari in hunc,

Vnus & eſt oculus, naſus ſuperimminet ori.

Quòd ſi ita libeat locum hunc vertere, vt ne epithetum quidem πλατεῖα amittatur, poterit & ita verti:

duriuſculè quidem, ſed omnino ad verbum,

Vnus & eſt oculus, latúſque ſuper labra naſus.

Alioqui extendendo interpretationem vltra verſum vnum, poſſim & ita vertere,

Vnus ineſt oculus, labris incumbit & ipſis
Perlatus naſus.

Non puto autem aliud ſignificari his verbis ἐπὶ χεί-λη, quàm ſi dictum eſſet ἐπίκειται τοῖς χείλεσι: ideó-que non aſſentior iis qui interpretantur, Latus naſus iuxta labra. hoc enim eſſet, παράκειται τοῖς χείλεσι, potius quàm ἐπίκειται. Non enim intelligo hic na-ſum ἐπίκεισθαι τοῖς χείλεσι, eo modo quo naſus, eius etiam qui ſit minimè ſimus, dici poteſt ἐπίκεισθαι τοῖς χείλεσι: ſed puto deſcribi hominem ita ſimum (nam ſimum fuiſſe alius quoque locus teſtatur) vt potius ob latitudinem naſi quàm ob breuitatem vocandus eſſet ſimus: atque adeo eſſet noua quædam σιμότητος forma, vtpote quum menſurã ſibi conuenientem lon gè excederet eius naſus, & ita quidem vt ad ipſa fe-rè labra pertingeret, ſed non ſatis emineret: vel (vt melius exprimam quod ſentio) nimium depreſ-ſus eſſet. Quod autem attinet ad illa quæ de Cyclo-pis ſupercilio dicuntur, ſi ille binos habuiſſet oculos, intelligendum eſſet eum fuiſſe quod vno verbo Græ-ci dicunt συνόφρυν: & quidem omnino συνόφρυν: ſed vnicũ ei fuiſſe ſupercilium conſiderãdum eſt, vt-pote qui vnicum haberet oculum. Illud autem συνό-φρυς dicitur etiã μίξοφρυς. Ac ne puella quidem vi-detur diſplicuiſſe veteribus quæ aliquantũ eſſet συνό-φρυς. Anacreon quidem certè ſibi non diſplicuiſſe o-ſtendit, in ea ode qua docet pictorem qualem depin-gi ſuam amicam velit. Apud hunc verò noſtrũ poe-tam quidam paſtor puellam quandam epitheto illo decorat, non reſtringens adverbio λεληθότως (quem-

admodum ab Anacreonte reſtringi videmus) aut alic eiuſmodi.

Quidam porro in tertio caſu pro ἃς legunt ὡς, deinde cum μία μικρὰ ſubſtantiuum ſubaudiũt, interpretationem afferentes quæ mihi nullo modo placet.

Cæterùm obſeruandum eſt quomodo Virgilius, imitari Theocritum volens, atque adeo paſtorem de ſe, tanquam de illo Polyphemo Theocriteo loquentem inducens, dixerit ſupercilium, ſingulari numero: addens etiam epithetum *hirſutum*, vt ὀφρὺς illius à Theocrito dicitur λασία. Obſeruandũ item quomodo vt quædam Theocritea & hîc omittit, ita viciſſim ex alio eius loco quiddam eodem, id eſt, ad eandem deformis hominis deſcriptionem (Niſæ iudicio, & eo quidem faſtidioſo) pertinens, huc tranſtulerit: illud videlicet quod de prolixa barba addit. Audimus enim idyllio tertio dicẽtem paſtorem de ſeipſo, ſuæ Amaryllidi,

Ὦ χαρίεσσ' Ἀμαρυλλὶ, τί μ' οὐκέτι τοῦτο κατ' ἄντρον
Παρκύπτοισα καλεῖς τὸν ἐρωτύλον; ἦ ῥά με μισεῖς;
Ἦ ῥά γέ τοι σιμὸς καταφαίνομαι ἐγγύθεν ἦμεν,
Νύμφα, καὶ προγένειος;

Contrà autem in alio idyllio paſtor quidam dicitur fuiſſe ἡμιγένειος: tanquam hoc inter alia commendare illum poſſit.

Virgilius,

Sepibus in noſtris paruam te roſida mala
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem.
Alter ab vndecimo tum me iam ceperat annus,
Iam fragiles poteram à terra contingere ramos.
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error.

Theocritus idyll. x i,

Ἠράσθην μὲν ἔγωγε κόρα τεῦ, ἀνίκα πρᾶτον
Ἦνθες ἐμᾷ σὺν ματρὶ, θέλουσ' ὑακίνθινα φύλλα
Ἐξ ὄρεος δρέψασθαι· ἐγὼ δ' ὁδὸν ἡγεμόνευον.
Παύσασθαι δ' ἐσιδών τυ καὶ ὕστερον οὐδέ τι πω νῦν
Ἐκ τήνω δύναμαι. τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

Quæ ita verti,

Tunc ſum virgo tui tunc primùm captus amore,
Quum primùm tu matre mea comitata venires,
Vt folia ex iſto legeres hyacinthina monte.
Dux ego veſter eram. nec,quo te à tempore vidi,
Vlla tui aſpectus ſatias. quod non tibi curæ eſt.

Eobanus ſic,

Verùm ego te,ô virgo,quo primùm tempore vidi
Montibus in noſtris dulci cum matre legentem
Purpureos flores & odoriferos hyacinthos,
Hauſtis incautum flammis in pectus amaui,
Et tua præcedens mea per veſtigia duxi.
Ex illo nequeo requieſcere tempore,vultus
Inſpiciens formoſa tuos: ſed totus amore
Tempore ab hoc pereo. nec tu miſerata dolentem
Reſpicis,aut noſtrum curas (proh Iuppiter) ignẽ.

Virgilius ordinem Theocriti non ſequitur : quum apud Theocritum priora ſint hæc illis quæ dicuntur de cauſis odii,apud Virgilium poſteriora. Eſt verò vnus è locis in quibus longè ſuperari Græcum poetam à Latino iudicat Iulius Scaliger. Quæ exprimit (inquit) Virgilius, lautè dicit : & quæ mutat, ſapidiora ſunt : & quæ addit, faceta ac mollicula. Nónne melius Mala , quàm Folia hyacinthi ? Vt omittam calũniæ faciem. petuntur enim magis hyacinthi flores quàm folia: & in montibus infrequẽtior hyacinthus. Deſcriptio verò ætatis,eſt non vulgaris : neque affectata tamen,maximéque conueniẽs paſtori.Hæc ille:

à quo locum hunc Virgilianũ meritò præferri Theocriteo non negauerim: ſed fortaſſe perſona Cyclopis, non tantùm ruſtici ſed agreſtis etiam hominis, cùm alia excuſare poteſt, tum verò illud, quòd hyacinthi foliorum mentio fit, non florum: quòd ille parũ hyacinthum curaret, & non ſatis ſciret magiſne hyacinthi flores quàm folia expeterentur.

Cæterùm ille verſus,

Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error,

licet loci huius Virgiliani ſit clauſula, non tamen ex eodem eſt Theocriti loco ſumptus, ſed ex iſto Pharmaceutriæ,

Χ᾽ ὡς ἴδον, ὡς ἐμάνην, ὥς μευ περὶ θυμὸς ἰάφθη Δειλαίας:

aut çertè ex hoc Amaryllidis,

-ἁ δ᾽ Ἀταλάντα
Ὡς ἴδεν, ὡς ἐμάνη, ὡς ἐς βαθὺν ἅλλετ᾽ ἔρωτα.

Virgilius,

Nunc ſcio quid ſit Amor. *duris in cotibus illum*
Iſmarus, aut Rhodope, aut extremi Garamantes
Nec noſtri generis puerum nec ſanguinis edunt.

Theocritus idyllio tertio, quod AEpolus, & Amaryllis, necnon Comaſtes inſcribitur,

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα. βαρὺς θεός· ἦ ῥα λεαίνας
Μαζὸν ἐθήλαζε, δρυμῷ δέ μιν ἔτρεφε μάτηρ.
Ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει.

Quæ ita verti,

Nunc mihi notus Amor. rigidus deus: ille leænæ
Vbera ſugebat, dumo illum mater alebat:
Cuius & ipſis iam ſentitur in oſſibus ignis.

Verti & ita (non incidens in ambiguitatem, quæ eſt in illo genitiuo Cuius)

Nunc mihi notus Amor. deus aſper: nempe leænæ
Vbera lactabat, dumóque hunc mater alebat:
Hunc cuius mihi flamma intra ciet oſſa dolores.

Verti autem olim hoc modo, (quum totum illud idyllium feci Latinum)

Nunc ſcio quid ſit Amor. ferus eſt deus: ille leænæ
Lac bibit, & ſyluis matri eſt lactatus opacis:
Qui me nunc torret, qui ſæuit in oſſibus imis.

paulo minus ad verbum quàm in duabus præcedentibus interpretationibus: magis tamen quàm vt vertit Eobanus. ita enim hic,

Nunc ſcio quid ſit Amor. numen graue: ſcilicet illum
Nutriit in ſyluis mater, ſæuǽque leænæ
Præbuerunt mammas: qui me nunc vrit, & intra
Viſcera flammarum virus iacit, intima paſcens.

Non dubium eſt autem quin Virgilius hìc quoque ita ſit imitatus Theocritum vt ſuperauerit. Sed dici fortaſſe poteſt Virgilianos eſſe verſus elegantiores & doctiores: ſed Græcos ſimplicitati illius paſtoris qui à Theocrito inducitur, eſſe conuenientiores. Cęterùm vt hìc dicit Theocritus, ὅς με κατασμύχων καὶ ἐς ὀστέον ἄχρις ἰάπτει, ſic idyllio ſeptimo, Ὡς ἐκ παιδὸς Ἄρατος ὑπ' ὀστέον αἴθετ' ἔρωτι. Illud autem ipſum verbum quo vtitur in loco quem nunc tracto, aut ſaltem verbum ex quo illud eſt factum per compoſitionem, legimus in vno ex idylliis Moſchi, --ἔρως δ' ἐσμύχετ' ἀμοιβᾷ.

Virgilius,

Nunc & oues vltro fugiat lupus, aurea duræ

Mala ferant quercus, narciſſo floreat alnus,
Pinguia corticibus ſudent electra myricæ:
Certent & cygnis vlulæ, ſit Tityrus Orpheus.

Theocritus idyll. 1,

Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, φορέοιτε δ' ἄκανθαι,
Α' δὲ καλὰ νάρκισσος ἐπ' ἀρκεύθοισι κομάσαι·
Πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, καὶ ἁ πίτυς ὄχνας ἐνείκαι
Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει· καὶ τὼς κύνας ὥλαφος ἕλκοι,
Κἠξ ὀρέων τοὶ σκῶπες ἀηδόσι δαρύσαιντο.

Quæ ita ſum interpretatus,

Nunc violas nunc ferte ergo ſpinæque rubíque,
Iuniperúmque comæ narciſſi ornanto ſuperné:
Cuncta inuertantur, nobis pira det quoque pinus,
Daphnidis ob mortẽ: ceruíque trahũto moloſſos:
Et philomelæ vlulæ certare in montibus auſint.

Illud genus loquendi, πάντα ἔναλλα γίνεσθαι, ſonat quod Ouidius dicit, Omnia ire contraria legibus naturæ. Ideóque poſſent illa pauca verba in totũ hunc verſum extendi,

Omnia naturæ contraria legibus ite,

ſi ille paſtor Theocriteus retinuiſſet perſonam ſecundam, & ab ea non tranſiſſet ad tertiam: id eſt, ſi quẽadmodum dixerat, φορέοιτε, ita etiam in ſequentibus verbis perſona ſecunda vſus eſſet. Hoc tamen minimè reprehendendum eſt: ſicut nec quòd illa verba, Δάφνις ἐπεὶ θνάσκει, intermiſcet, quum potius in fine ponenda eſſent: quoniam iſta quoque duo, hæc videlicet orationis perturbatio, & illa ſubita eius mutatio, quàm ſit perturbatus loquentis animus indicant. ideóque in mea interpretatione retinenda duo illa cenſui. Cæterùm ad illud quod dicitur hîc, πάντα δ' ἔναλλα γένοιτο, pertinent & iſta quæ leguntur in hac ipſa Virgilii ecloga, aliquanto antè,

Iungentur iam gryphes equis, ꝗuóque ſequenti

Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.
Ad principium autem huius loci, Νῦν ἴα μὲν φορέοιτε βάτοι, &c. pertinent verba illa eclogæ tertiæ, *ferat & rubus aſper amomum.* Vbi præcedunt iſta, *Mella fluant illi.* Miror autem doctiſſimum quendam virum cum hoc Theocriti loco exiſtimaſſe conuenire iſtum quoque eiuſdem Virgilii,

Pro molli uiola, pro purpureo narciſſo Carduus, &c.

Verùm vt clarius ſit nihil eſſe conuenientiæ his verbis cum illis, totum locum afferam,

-poſtquam te fata tulerunt,
Ipſa Pales agros atque ipſe reliquit Apollo.
Grandia ſæpe quibus mandauimus ordea ſulcis,
Infelix lolium & ſteriles dominantur auenæ.
Pro molli uiola, pro purpureo narciſſo,
Carduus & ſpinis ſurgit paliurus acutis.

Hîc enim fertilitatem agris pariterque amœnitatem ſublatam eſſe queritur morte Daphnidis, adeo vt naſcatur carduus & paliurus, vbi naſci ſolebat viola & narciſſus: quod non videtur eſſe contra naturam (quum terra inculta ferat alia omnino quàm quum colitur & ſeritur) at Theocriteus paſtor optat omnia ob eius mortem ita legibus naturæ contraria ire, vt ipſi etiam rubi, ipſæ etiam ſpinæ violas ferant, pinus pira: ceruus trahat canes, &c. Atque hoc quamuis in altero illo quem propoſui loco imitetur Virgilius, videtur tamen fuiſſe optandum vt violæ ſpinas ferrent, (potius quàm vt ſpinæ violas) &, quemadmodum loquitur in iſto poſteriore loco Virgilius, pro molli viola, pro purpureo narciſſo carduus & ſpinis ſurgeret paliurus acutis.

Virgilius,

Præceps aerii ſpecula de montis in altum

Deferar: extremum hoc munus morientis habeto.

Theocritus idyll. 111,

Ταὶ βαίταν ἀποδὺς ἐς κύματα τῆνα ἀλεῦμαι

Ὧπερ τὼς θύννως σκοπιάζεται Ὄλπις ὁ γριπεύς.

Κἤκα μὴ ᾽ποθάνω, τό γε μὰν τεὸν ἁδὺ τέτυκται.

Quæ ita verti,

Veſte ego me poſita ſaltu dabo in æquoris vndas,
Thynni piſcatore vnde obſeruantur ab Olpi.
Quòd ſi non peream, ſaltem hoc tibi fecero gratũ.

Olim autem ita reddidi (quum totum idyllium interpretatus ſum)

Illinc præcipitem me iam dabo nudus in altum,
Piſcator ſtat vbi thynnos ſpeculetur vt Olpis.
Seu moriar, ſeu non, at te hoc ſpectaſſe iuuabit.

Eobanus hunc in modum,

-nunc ipſe meo de corpore veſtes
Abiiciẽs, maria alta petam, fluctúſque profundos
Inſiliam, qua parte leues in gurgite thynnos
Obſeruat poſitis piſcator retibus Olpis.
Tunc ſiquidem quum me violentæ iniecero morti,
Plena erit illa tibi dudum ſperata voluptas.

Videri autẽ poſſit aliã lectionem ſequutus eſſe Eobanus in priore parte tertii verſus Græci, vel potius eã quam habemus, non ſatis attẽtè conſideraſſe: ideóque negatiuam particulam ibi non agnouiſſe.

Virgilius,

Ducite ab vrbe domũ mea carmina, ducite Daphnim.

Theocritus idyll. 11,

Ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα.

Id eſt,

Iynx illum hominem compelle in limina noſtra.

Vel,

Jlle vir à te iynx fac noſtra in tecta trahatur.

Eobanus ita,

Iynx redde,domum retrahens,mihi redde maritū.

Eſt verſus intercalaris apud hunc, ſicut ille apud poetam Latinum. Sunt autem qui ἴυγξ reddunt Amor. Ille Italus cuius antea mentionem feci, Virgilii verſum vſurpat, illis tantùm verbis *ab vrbe* immutatis, vertit enim ita illum intercalarem verſum,

Ducite ſacra domū mea carmina,ducite Daphnim.

Virgilius,

Necte tribus nodis ternos Amarylli colores:
Necte Amarylli modò, & , Veneris,dic,uincula necto.

Theocritus eodem idyllio,

Πάσσ' ἅμα, καὶ λέγε ταῦτα, Τὰ Δέλφιδος ὀστέα πάσσω.

Alii ταῦτα iungunt ſequentibus :ex quibus eſt Eobanus, qui hunc verſum ita reddit,

Sparge,ſimul dicens, Hæc ſpargo Delphidis oſſa.

Quidam verò,ſequentibus itidem iungēs, vertit aduerbio Sic: verſum hunc ita interpretans,

Sparge, ſimul loquere hæc, Sic ſpargo Delphidis oſſa.

Sed quomodo ταῦτα ſignificare hîc poſſit Sic, aut quomodo ταύτῃ in locum eius reponi,non video.

Virgilius,

Limus ut hic dureſcit, & hac ut cera liqueſcit
Vno eodémque igni, ſic noſtro Daphnis amore.

Theocritus,

Ὡς τοῦτον τὸν κηρὸν ἐγὼ σὺν δαίμονι τάκω,

Ὡς τάκοιθ' ὑπ' ἔρωτος ὁ Μύνδιος αὐτίκα Δέλφις.

Quæ verti ita,

Sicut cera iſthæc per méque deûmque liqueſcit,
Myndius & Delphis ſubitò liqueſiat amore.

Eobanus autem ita,

Hæc vt agente dea flammis mihi cera liqueſcit,
Sic in amore meo liqueſiat Delphis.

Ita Virgilius locum hunc eſt imitatus vt tamen omiſerit duos proximè ſequentes verſus, quanuis & eodem pertineant, & formæ (vt ita dicam) ſint ejuſdē. Sequitur enim apud Theocritum,

Χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος ἐξ Ἀφροδίτας,
Ὡς κῆνος δινοῖτο ποθ' ἁμετέρῃσι θύραισιν.

Id eſt,

Atque ope vti Veneris rhombus nunc iſte rotatur
Æreus, in foribus noſtris ſic ille rotetur.

Eobanus ſic,

vt autem Æreus hic rhombus conuertitur à
Venere ipſa,
Ipſe volutetur ſic ad mea limina Delphis.

Verùm vt idem verbū in vtroque verſu Græco eſt, ita interpretatio idem vtrobique habere debuit.

Virgilius,

Daphnis me malus vrit: ego hanc in Daphnide laurū.

Theocritus idyll. 11,

Δέλφις ἔμ' ἀνίασεν· ἐγὼ δ' ἐπὶ Δέλφιδι δάφναν
Αἴθω.

Id eſt,

Anxit me Delphis: comburo in Delphide laurū.

Eobanus vſus eſt, vel potius abuſus, verſu Virgilii, mutato tantùm nomine Daphnidis in nomen Del-

phidis hoc modo,

Delphis me malus vrit, ego hanc in Delphide laurum.

Abuſum autem eſſe dico, quoniam Virgilius quidem potuit dicere Vrit pro ἀνίασεν: at ipſe, quum interpretis partes ageret, debuit lectori verbum quo vſus erat Theocritus, in cuius verbi locum Latinus ille ſubſtituiſſet *Vrit*, lectori repræſentare alio Latino ſimili: vt quid immutaſſet Maro, quid planè immutatum retinuiſſet, ſcire lector poſſet. Eſt quidem certè aptius verbum *Vrit*, tum quòd ſit multo ſignificantius, tum etiam quòd efficiatur figura quæ vocatur ἐπαναφορὰ, poſito vtrobique eodē verbo: prius quidem, in metaphorica, poſterius autem, in propria ſignificatione. nam poſt *laurum* ſubaudiri debet verbum vro, vel potius accipi è præcedentibus ἀπὸ τοῦ κοινοῦ: mutando duntaxat perſonam. Cæterum ſequuntur hæc apud Theocritum,

-καὶ ὡς αὐτὰ λακεῖ μέγα καππυρίσασα,
Κἠξαπίνης ἄφθη, κ' οὐδὲ σποδὸν εἴδομες αὐτῆς·
Οὕτω τοι καὶ Δέλφις ἐνὶ φλογὶ σάρκ' ἀμαθύνοι.

Quæ ita verti,

Vt flammis magno hæc ſonitu crepitantibus arſit,
Et ſubitò accenſa eſt, cinerem nec vidimus vllum:
Sic artus Delphis penitus tabefiat in igni.

Secundum verſum & ita,

Et ſubitò accenſa eſt, oculos cinis ipſe fefellit.

Sic quoque,

Et ſubitò eſt accenſa, cinis quoque lumina fugit.

Virgilius,

Has olim exuuias mihi perfidus ille reliquit,

Pignora chara ſui: quæ nunc ego limine in ipſo
Terra tibi mando: debent hæc pignora Daphnin.

Theocritus ibidem,

Τοῦτ' ἀπὸ τᾶς χλαίνας τὸ κράσπεδον ὤλεσε Δέλφις,
Ὥ 'γὼ νῦν τίλλοισα κατ' ἀγρίῳ ἐν πυρὶ βάλλω.

Id eſt,

Iſta ſuæ amiſſa eſt à Delphide fimbria lænæ,
Fimbria quam carptim flammis crudelibus indo.

Sed quod alibi, idem hîc fecit Virgilius, duos ſimul Theocriti locos imitans, aut ſaltem adumbrans. Legimus enim apud Theocritum, quatuor verſibus interiectis,

Θέστυλι, νῦν δὲ λαβοῖσα τὺ τὰ θρόνα ταῦθ', ὑπόμαξον
Τᾶς τήνω φλιᾶς καθυπέρτερον, ᾇς ἔτι καὶ νῦν
Ἐκ θυμῶ δέδεμαι· ὁ δέ μευ λόγον οὐδένα ποιεῖ.

Quæ ita verti,

Pharmaca Theſtyli, nunc ſume hæc, illíſque ſupernè
Illine liminibus, tota ad ſe mente reuinctam
Quæ retinent: quum interea me negligat ille.

Virgilius,

Fer cineres Amarylli foras, riuóque fluenti
Tránſque caput iace: ne reſpexeris. his ego Daphnin
Aggrediar. nihil ille deos, nil carmina curat.

Theocritus idyll. quod Heracliſcus inſcribitur, éſtque hîc XXIIII,

Ἦρι δὲ συλλέξασα κόνιν πυρὸς ἀμφιπόλων τις
Ῥιψάτω εὖ μάλα πᾶσαν ὑπὲρ ποταμοῖο φέρουσα
Ῥωγάδας ἐς πέτρας, ὑπὲρ οὔριον· ἂψ δὲ νέεσθαι
Ἄστρεπτος.

Quæ ita verti,

Manè autem cineres ancillarum vna coactos

Omnes proiiciat trans flumen, trans quoque fines,
Præruptam in rupem: corpus caueatque reuertẽs
Ne retro flectat.

Verti hæc, ſequens quam habemus lectionem: quum alioqui videri poſſit ſcribendum, Ῥαγάδας ἐκ πέτρας. Neque verò ὑπὲρ ποταμοῖο videtur aliter accipiendũ quàm ſi dictum eſſet ὑπὲρ ποταμὸν (quem accuſatiuũ verſus nõ admiſit) quanuis non itidem Virgilius dicat Trans riuum.

Eobanus ita,

-hinc cineres ſub primum ſideris ortum
Colligat, & fluuii ferat ad vada proxima riui
Vna miniſtrarum: ventíque ad flabra ſecundi
Spargat arenoſis petris. non ipſa retrorſum
Reſpiciens properè redeat.

Vbi cum alia tum hæc ὑπὲρ οὔρειον ſecus interpretari illum quoque obſeruandum eſt, ſed dantem alium vſum præpoſitioni ὑπὲρ (vt de nomine οὔρειον taceam) quàm habere, vt opinor, poſſit.

IN ECLOGAM IX, cuius titulus eſt MOERIS.

Virgilius,

Tityre, dum redeo (breuis eſt uia) paſce capellas:
Et potum paſtas age Tityre, & inter eundum
Occurſare capro (cornu ferit ille) caueto.

Theocr. idyll. VIII,

Τίτυρ᾽ ἐμὶν τὸ καλὸν πεφιλαμένε, βόσκε τὰς αἶγας,
Καὶ ποτὶ τὰν κρανίαν ἄγε Τίτυρε· καὶ τὸν ἐνόρχαν-

Τὸν Λιβυκὸν κνάκωνα φυλάσσεο μή τυ κορύψῃ.

Quæ verti,

Tityre, cuius amor felix mihi, paſce capellas,
Illáſque ad fontem duc Tityre: & à coleato
Cnacone à Libyco ne tu feriare caueto.

Verti & ita, liberius,

Tityre, amicitiæ pulchro mihi fœdere iunčte,
Paſcendis operam præſta mihi quæſo capellis:
Illáſque ad fontem duc Tit. &c.

Primam autem in Coleato produxi non ſine exẽplo.

Virgilius,

– & me fecere poetam
Pierides. ſunt & mihi carmina, me quoque dicunt
Vatem paſtores: ſed non ego credulus illis.
Nam neque adhuc Varo uideor nec dicere Cinna
Digna, ſed argutos inter ſtrepere anſer olores.

Theocritus idyll. VII,

Καὶ γὰρ ἐγὼ Μοισᾶν καπυρὸν στόμα· κἠμὲ λέγοντι
Πάντες ἀοιδὸν ἄριστον· ἐγὼ δέ τις οὐ ταχυπειθής.
Οὐ δᾶν, οὐ γάρ πω, κατ' ἐμὸν νόον, οὔτε τὸν ἐσθλὸν
Σικελίδαν νίκημι τὸν ἐκ Σάμου, οὔτε Φιλητᾶν,
Ἀείδων· βάτραχος δὲ ποτ' ἀκρίδας ὥς τις ἐρίσδω.

Quæ verti,

Nanque ego Muſarum ſum blãdum os: méque loquuntur
Vatẽ omnes ſummũ: ſed nõ ego credere prõptus.
Præſtantẽ ſiquidẽ (mea mens vt iudicat) haud dũ
Sicelidam cantu Samium, vel vinco Philetam,
Sed velut aduerſus contendo rana locuſtas.

Virgilius,

Huc ades ò Galatea: quis eſt nam ludus in undis?

Hîc uer purpureum, uarios hic flumina circum
Fundit humus flores: hîc candida populus antro
Imminet, & lentæ texunt umbracula uites.
Huc ades, inſani feriant ſine littora fluctus.

Theocr. idyllio XI,

Ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποτί με, καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον.
Τὰν γλαυκὰν δὲ θάλασσαν ἔα ποτὶ χέρσον ὀρεχθεῖν.
Ἐντὶ δάφναι τηνεί, ἐντὶ ῥαδιναὶ κυπάρισσοι,
Ἐντὶ μέλας κισσὸς, ἔντ' ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος.
Ἐντὶ ψυχρὸν ὕδωρ, τό μοι ἁ πολυδένδρεος Αἴτνα
Λευκᾶς ἐκ χιόνος ποτὸν ἀμβρόσιον προΐητι.
Τίς κᾆν τῶνδε θάλασσαν ἔχειν ἢ κύμαθ' ἕλοιτο;

Quæ ita verti,

Ad me ergo propera: decedet nil tibi mecum:
Et mare cæruleum ſine ſeſe in littore iactet.
Hîc mihi ſunt lauri, mihi ſunt hic & cypariſſi:
Atq; hedera hîc nigra eſt, dulcéſq; in vitibus vuæ.
Lymphas Aetna mihi gelidas nemoroſa liquata
De niue dat: non ambroſia eſt iucundior illis.
Quis mare quis pro iſtis fluctus malitve marinos?

Verùm illa verba primi verſus, καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον, poſſe & aliter exponi, diſces ex pag. 124.

Virgilius,

Hîc adeo media eſt nobis uia. namque ſepulcrum
Incipit apparere Bianoris.

Theocritus,

Κ' οὔπω τὰν μεσάταν ὁδὸν ἄνυμες, οὐδὲ τὸ σᾶμα
Ἁμῖν τὸ Βρασίλα κατεφαίνετο.

Id eſt,

Atque iter haud medium nobis erat: haúdque ſepulcrum
Apparebat adhuc Braſilæ.

Virgilius,

Quæ memora aut qui vos ſaltus habuere puellæ
Naiades, indigno quum Gallus amore periret?
Nam neque Parnaſsi vobis iuga, nam neque Pindi
Vlla moram fecere, neque Aoniæ Aganippæ.

Theocritus idyll. 1,

Πᾶ ποκ' ἄρ' ἦθ' ὅκα Δάφνις ἐτάκετο, πᾶ ποκα, νύμφαι;
Ἢ κατὰ Πηνειῶ καλὰ τέμπεα, ἢ κατὰ Πίνδω;
Οὐ γὰρ δὴ ποταμοῖο μέγαν ῥόον εἴχετ' Ἀνάπω,
Οὐδ' Αἴτνας σκοπιὰν, οὐδ' Ἄκιδος ἱερὸν ὕδωρ.

Quæ ita verti,

Nymphæ vbi, quum extinctus Daphnis, tum vos vbi nymphæ?
Pindíne an Penei tempe tenuiſtis amœna?
Nanque fluẽta haud tum magni incoluiſtis Anapi,
Non AEtnæ ſpeculam, ſacras non Acidis vndas.

Suæ interpretationis principio Eobanus duos illos verſus priores Virgilii adhibuit.

Virgilius,

Et formoſus oues ad flumina pauit Adonis.

Thocritus idyll. 1,

Ὡραῖος χὤδωνις ἐπεὶ καὶ μᾶλα νομεύει,
Καὶ πτῶκας βάλλει, καὶ θηρία τἆλλα διάκει.

Id eſt, vt ſum interpretatus,

Nanque & paſcit oues forma qui præſtat Adonis,
Et lepores reliquáſque feras configere gaudet.

Virgilius,

Venit & vpilio, tardi venere bubulci,
Vuidus heſterna venit de glande Menalcas.
Omnes, vnde amor iſte, rogant. tibi venit Apollo:
Galle, quid inſanis? inquit: tua cura Lycoris

Pérque niues aliũ pérque horrida caſtra ſequuta eſt.

Theocritus idyll. 1,

Ἦνθ' Ἑρμᾶς πρώτιστος ἀπ' ὤρεος, εἶπε δὲ, Δάφνι,
Τίς τυ καταστρύχει; τίνος ὦ 'γαθὲ τόσσον ἔρασαι;
Ἦνθον τοὶ βῶται, τοὶ ποιμένες, ᾠπόλοι ἦνθον·
Πάντες ἀνηρώτων τί πάθοι κακόν. ἦνθ' ὁ Πρίαπος,
Κἤφα, Δάφνι τάλαν, τί τὺ τάκεαι; ἁ δέ γε κώρα
Πάσας ἀνὰ κράνας, πάντ' ἄλσεα ποσσὶ φορεῖται,
Ζατεῦσ'. ἆ δύσερώς τις ἄγαν καὶ ἀμήχανος ἐσσί.

Quæ ita verti,

Venit Mercurius primus de monte: Quis (inquit)
Daphni, ita te vexat? cuius tam captus amore es?
Qui capras, qui paſcit oues, venítque bubulcus:
Quóque malo preſſus, rogitãt. tandẽ ipſe Priapus,
Cur ſic Daphni miſer tabeſcis? (dixit) at illa
Te quærens virgo fontes ſaltúſque pererrat.
Infelix in amore, & inops es mentis habendus.

Virgilius,

Nec ſi frigoribus mediis Hebrúmque bibamus,
Sithoniáſque niues hyemis ſubeamus aquoſæ:
Nec ſi, quum moriens alta liber aret in ulmo,
AEthiopum uerſemus oues ſub ſidere cancri.

Theocritus,

Εἴης δ' Ἠδωνῶν μὲν ἐν ὤρεσι χείματι μέσσῳ
Ἕβρον πὰρ ποταμὸν τετραμμένος, ἐγγύθεν ἄρκτω·
Ἐν δὲ θέρει πυμάτοισι παρ' Αἰθιόπεσσι νομεύοις.

Quæ ita verti,

Hedonum teneas, quum bruma acerrima montes,
Iuxta Vrſam, gelidas Ebri conuerſus ad vndas:
Síſque apud extremos æſtatis tempore paſtor
AEthiopas.

Addit Theocritus verſum hũc, Πέτρᾳ ὑπὸ Βλεμύων, ὅθεν οὐκέτι Νεῖλος ὁρατός: ſed ex eo nihil ſumpſit Virgilius.

DE NASONIANIS IMITATIONIBVS THEOCRITI,

(iis præcipuè quarum cum Virgilianis facta non fuit mentio)

SYNTAGMATION

~~Henrici Stephani~~.

NASONIS imitationes quaſdã ſuprà inter Virgilianas propoſui, & examinaui: quædam proponendæ & examinandæ reſtant. Duorum autem, tam hæ quàm illæ, ſunt generum. vnum eſt earum in quibus non multum immutat quæ à Theocrito ſcripta ſunt, nec multa iis addit: alterum genus, (longè illo frequentius) earum eſt in quibus verba Theocritea partim mutat, partim amplificat: & quidem ita nonnunquã vt etiam luxuriet. Vt de priore genere prius dicam, quum ſcripſiſſet Theocritus,

Πολλάκι ταὶ ὄϊες ποτὶ τωὔλιον αὐ ταὶ ἀπῆνθον
Χλωρᾶς ἐκ βοτάνας, ſcripſit Naſo,
Lanigeræ pecudes nullo ducente ſequuntæ.

Et quum dixiſſet apud Theocritum cyclops,

Ἐξένθοις Γαλάτεια, item,
Ἀλλ' ἀφίκευ τὺ ποτ' ἁμὲ, καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον,

dicit apud Naſonem,

Iam modò cæruleo nitidum caput exere ponto,
Iam Galatea veni: nec munera deſpice noſtra.

Vbi illa verba Theocriti, -*καὶ ἑξεῖς οὐδὲν ἔλασσον*, videri poſſint adumbrari illis, -*nec munera deſpice noſtra*: ſi quidem intelligantur illa non ita vt ſum interpretatus, -*decedet nil tibi mecum*: ſed vt dicat, omnia

quæ poſſidet, non minus Galateæ quàm ſua, eſſe futura, ſiue illam par ius in omnia ipſius bona eſſe habituram. Et quoniam incidit hæc de muneribus mẽtio, pro his Theocriti,

Κὴκ τούτων τὸ κράτιστον ἀμελγόμενον γάλα πίνω.
Τυρὸς δ' οὐ λείπει μ' οὔτ' ἐν θέρει, οὔτ' ἐν ὀπώρῃ,
Οὐ χειμῶνος ἄκρω, ταρσοὶ δ' ὑπεραχθέες αἰεί,

legimus apud Naſonem,

Lac mihi ſemper adeſt niueum: pars inde bibenda
Seruatur, partem liquefacta coagula durant.

Quinetiam quod legimus apud eundem, *-demptúſve cacumine nidus*, ex Theocrito eſt. nam idyllio quinto legimus,

Κὴγὼ μὲν δωσῶ τᾷ παρθένῳ αὐτίκα φάσσαν,
Ἐκ τᾶς ἀρκεύθω καθελών.

Sed Naſo illa verba ex Theocrito ſumpta, *demptúſve cacumine nidus*, aliis multis intermiſcet quæ ad eandem quidem rem pertinent, non tamen ex eodem habet. Quod dici poteſt etiam de iſto hemiſtichio, *-nec tu Galatea moueris*. hîc enim verbum verbo reddens, interpretatur iſta Theocriti,

-τὶν δ' οὐ μέλει οὐ μὰ Δί' οὐδέν.

ſed aliis quæ non itidem Theocritea ſunt, iſta immiſcet. Atque idem dicendum eſt & de hoc hemiſtichio, *Quid ſit Amor ſentit.* nam ex iſtis Theocriti eſt ſumptum,

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα.

& ita quidem ſumptum, vt Theocritum non imitetur ſolùm, ſed etiam interpretetur: niſi quòd primam perſonam mutat in tertiam. Alioqui, eandem retinendo perſonam, poſſit quis iſta

Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα,

interpretari, illius exemplo,

Sentio quid ſit Amor.

At Virgilius vertit, verbum verbo reddēs, *Nunc ſcio quid ſit* Amor. Ego (non improbans tamen illā Virgilii interpretationem) verti & aliter, *Nunc mihi notus* Amor.

Verùm hæc Νῦν ἔγνων τὸν Ἔρωτα, ab alio quàm Polyphemo dicuntur apud Theocritum, idyllio tertio: Vt autem ad collationem Græcorũ Polyphemi verborum cum Latinis eiuſdem, quæ illi tribuit Naſo, reuertar, pro his, Εἷς δ' ὀφθαλμὸς ἔπεστι, dicit apud Naſonem,

Vnum eſt in media lumen mihi fronte : ſed multa ibi quoque adiiciens.

Paulo antè dixerat,

Nec, mea quòd rigidis horrent denſiſsima ſetis
Corpora, pro iſtis quæ dicit apud Theocritum,
Αἱ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼν δοκέω λασιώτερος ἦμεν.

Denique pro his quæ dicit apud Theocritum, in alio idyllio,

Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακὸν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα,

pro his, inquam, dicit apud Naſonem,

Certè ego me noui: liquidęque in imagine uidi
Nuper aquę, placuitque mihi mea forma uidenti.

S E D multo plura ſunt illarum imitationũ exempla quæ ſunt alterius generis : ideóque lubenter ad illa tranſeo. Quũ igitur Polyphemus apud Theocritum dixiſſet duntaxat,

τρέφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς,
Πάσας ἀμνοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων;

apud Naſonem dicit,

Nec tibi delicię faciles vulgatáque tantùm
Munera contingent, damę, leporéſque, capræque:
Párue columbarum, demptúſue cacumine nidus :
Inueni geminos, qui tecum ludere poſſint,

Inter ſe ſimiles, uix ut dignoſcere poſſis,
Villoſæ catulos in ſummis montibus urſæ.

Conſiderandũ autẽ hìc, (quod antea nõ dixi, vbi verſus hos attuli) non tantùm alia multa addere munera ad ea quorum fit mentio apud Theocritum, ſed etiam alterum eorum quæ ibi promittuntur, ita verbis ornare, (quædam mutando, quædam etiam adiiciendo) vt multo pretioſius reddat, & multo maius deſiderium eius excitet. Simul verò perpẽdere oportet quàm aptè luſus etiam mentionem faciat. multum enim ἀςειότητος habet deſcriptio Galateæ, cum catulo vrſæ, non aliter quàm cum cane Melitæo, colludẽtis. atque vel hinc quàm ſimiles habuerint labra lactucas, id eſt quàm ſe dignam habuerit amicam Polyphemus, nobis oſtẽditur. Non prætermittitur autẽ à Luciano quòd hìc de luſu dicitur à Naſone. dicitur enìm σκύλαξ ἄρκτου fuiſſe ἀθυρμάτιον: ſed ipſiuſmet Polyphemi. in dialogo Doridis & Galateæ, ἔφερε δ' ὁ ἐπέραστος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον, ἄρκτου σκύλακα.

Iſta quoque eiuſdem poetæ verba, βοτὰ χίλια βόσκω, ita & mutare & amplificare vt multo maior ſit Latinorum gratia quàm Græcorum, oſtendi antea. Iam verò & ex his,

Συρίσδεν δ' ὡς οὔτις ἐπίσταμαι ὧδε κυκλώπων,

fecit iſta: quæ non tamen à Polyphemo itidem, ſed ab alia perſona de eo dicuntur,

Sumptáque arundinibus compacta eſt fiſtula centũ,
Senſerunt toti paſtoria ſibila montes,
Senſerunt undæ.

In iis etiam quæ de ſuis antris dicentem Polyphemum inducit,

Sunt mihi, pars montis, uiuo pendentia ſaxo
Antra: quibus nec ſol medio ſentitur in æſtu

Nec ſentitur hyems, duos idyllii noni comprehẽdit locos, ſed in quibus alios paſtores loquentes inducit: ſine tamen vlla antrorum mentione. At in his,

-ſunt poma grauantia ramos,
Sunt auro ſimiles longis in uitibus uuæ,
Sunt & purpureę: tibi & has ſeruamus & illas.

& in iis quæ ſubiunguntur de cornis, de prunis, non ſolùm nigris ſed etiam cereis, de caſtaneis, nõ modò diuidit in ſpecies cyclops Naſonianus quod generaliter dictum erat à cyclope Theocriteo, ἄμπελος ἁ γλυκύκαρπος, ſed etiam aliarum quàm ille arborum mentionem facit, vel potius fructuum quos aliæ quædam ferũt arbores, quum ille arbores quas viror perpetuus & odor, non fructus, commendat (nam fructũ cupreſſi infamat potius quàm decorat prouerbium) hic autem ipſos quarundam arborum fructus, quorũ nonnulli in deliciis etiam eſſe poterant, recenſeat.

Sed inſignis eſt præ cæteris ille locus in quo imitatur quidem Theocritum quod ad vſum comparationum attinet, ſed in earum vſu & copia ita illum ſuperat, vt ne comparare quidem locum illius cum loco huius poſſimus. Loquor autem de eo, cuius initium eſt apud Theocritum, Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν, ἁπαλωτέρα δ' ἀρνός: apud Naſonẽ verò, *Candidior folio niuei Galatea liguſtri.* hîc enim illum comparationum abundnatia pariter & elegantia ſuperat tantum,

Ὅσσον ἔαρ χειμῶνος, ὅσον μᾶλον βραβύλοιο
Ἅδιον, ὅσσον ὄϊς σφετέρας λασιωτέρα ἀρνὸς,
Ὅσσον παρθενικὴ προφέρει τριγάμοιο γυναικὸς,
Ὅσσον ἐλαφροτέρος μόσχω νεβρὸς, ὅσσον ἀηδὼν
Συμπάντων λιγύφωνος ἀοιδοτάτη πετεηνῶν.

Libuit enim cõparationes ad exprimẽdũ id quod de his cõparationibus ſentio, adhibere, & quidẽ Theocriteas aduerſus ipſũ Theocritũ, aut ſaltẽ aduerſus eius cyclopẽ. FINIS.

[library stamp]

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

R. SALVAREZZA
RESTAURO
Via Val Sassina, 58
Tel. 899.223

1968

Digitized by Google